



**Duo Tractatus**

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**


---


[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

14

Th. 4874.

N. 1  
15.





DUO TRACTATUS:  
ALTER  
DE OPTIONE  
CANONICA:

IN QVO DE IVRE OPTANDI, QVOD  
partim ex consuetudine, partim ex statuto in omnibus jam  
ferè Ecclesiis, tam Cathedralibus, quām Collegiatis, & non-  
nullis quoq; aliis Collegiis viget, fusè nunc primū  
& ordinatim agitur.

ALTER  
DE DECIMIS:

TAM SPIRITALIBVS, QVÆ ECCLESIIS,  
Ecclesiasticū q; personis ut plurimū debentur, quām Papali-  
bus, quæ nonnunquam per summum Pontificem impo-  
nuntur, & à clericis exiguntur.

Duplici INDICE, tum Quæstionum, tum rerum si-  
gularium locupletissimo ad quemque  
Tractatum adjecto.

*Autore*

ALEXANDRO MONETA, S.  
Theologiæ & J. U. D. ac Mediolanensis Ec-  
clesiæ Canonico ordinario.

Collegij Editio II. Correctior.  
soc. 1559 Paderbornae 1669



MARPURGI,  
Typis & Sumptibus Nicolai Hampelii, Acad. Typog.  
M. DC. XXIX.

S  
D  
D

con  
Eg  
re  
tur  
lib  
de  
ren  
ite  
im  
m  
bo  
con

STRENUIS, PRÆNOM-  
BILI ET ANTIQVA STIRPE  
natis viris-juvenibus, Iurium  
studiosissimis.

DOMINI HENRICO à Gebotten-  
dorffsin Kunib.

DN. CUNRADO à Börstel  
in Güosten & Ploßkaw.

S. P.

**V**anta sit Tractatum Alexandri Monetae de Optione Canonica & de Decimis utilitas ipsimet, Nobilissimi viri juvencs, perspectu habebitu, & ex alius Dd. & scriptoribus percipere poteris, imò materia in-super dignitas & necessitas satis seipsam commendat. Hi Tractatus primum ipsis socii mei Pauli Egenolphi exscripti fuere, quibus exemplaribus ab illo tempore huc usq; divenditis, ne thesaurus hic alius quasi denegaretur, gravissimi jurisq; peritia exultissimi viri novā editionē libelli hujus extorserunt. Quorum monitu & aliorum simul desiderio impulsus operam ego meam notui denegare, sed parentum ratus editionem preparavi. Quod vero libellum hunc iteratio editum V.V. N.N. dedicare & inscribere voluerim, impulit me singularis vester in studium juris affectus, commovit preclara vestra indeles, & ingenium excellens, cui in hoc gravi & ampio studio tanquam latissimo Campo exerceri & exaci volupe est, quo minus dubito, quin gratissimus

);( 2 future-

futurus vobis sit labor hic meus. Movit me præterea perspecta antiquissima familie vestre nobilitas, summa vita integritas, summa comitas ac facilitas, maximè in eos, qui quoquo modo studiis inserviunt, literisq; famulantur, quam observare ut volui, ita merito debui. Eæ enim vera ac solida bona, ut cum hujus vita bonis conferri nequeunt, ita eò magis suscipienda sunt. Eadem virtutum bona in Nobilissimo Abrahamo à Sebottendorff pairuele, Nobilissime Henrice à Sebottendorff aliquando Gissa studiorum gratiâ comorati lucere vidi, qui certè benignâ affectione me semper prosecutus fuit. De te verò, Nobilissime Cunrade à Börstell, elogia virtutum similiter nō ex consuetudine; sed verè prædico, siquidem popularitatis ratione mihi cum nobili familia jam diu singulariter notus es. Breviter, si in presentia mihi decresum esset generis utriusq; vestrum panegyricum contexere, nulla posset par reperiri laudatio. Offero ergo vobis, Nobilissimi viri, hunc libellum, quem, ut animo benevolo ac placido accipiat, mihi meisq; favoris sacrarium pandatis, locum inter eos, quibus favoris & benevolentiae auram adspicatis, relinquatis, & patrocinio me meosq; vestro complectamini, maiorem in modum contendo, & eā quā par est observantiā, rogo: Me vobis ad servitia quovis tempore promptissimum & devinclum sciatis. Valete bene & feliciter. Dab. 21. Martii. Anno recuperatæ salutis, 1628.

Nobilitat.

V. V.

omni observantiā colens

Nicolaus Hampelius, Acad. Typogr.

FLA-

recta  
egri-  
quo  
rva-  
ona,  
uspi-  
bra-  
urice  
com-  
rpro-  
stell/  
edico,  
i jam  
lecre-  
nulla  
issimi  
lo ac-  
inter  
relin-  
, ma-  
iā, ro-  
um &  
artii.  
ens  
pogr.  
LA-

# FLAMINIO PLATO

S. R. E. PRESBYTERO,

Cardinali amplissimo,

ALEXANDER MONETA  
*fælicitem.*

**R**ACTATIONES hasce, alteram de Optione, quam nonnulli Canonicam meritò appellant, alteram de Decimis, tum quæ sacerdotibus, Ecclesiisve debentur, tum quæ publicæ alicujus utilitatis causa à summo nonnunquam Antistite exiguntur, sibcisvis horis quatuor ferè illorum mensium spatio à me conscriptas, quibus Mediolanensis Ecclesiæ cymba ita procellarum vi exagitabatur, ut non periclitari modò, sed penè mergi videretur, ut in lucem ederem, & in omnium conspectum atq; oculos prodire paterer, Cardinalis amplissime, duo potissimum effecerunt. Ut enim omittam communem illam gloriæ cupiditatem, quam hausisse à natura ipsa, & cum nutricis lacte ita suxisse videmur, ut & qui de contemnenda gloria scribunt, dum nomen suum inscribunt, in eo ipso, in quo prædicationem nominis despiciunt, prædicari de se, ac nominari velint; quoniam non modò hujusce fluxæ gloriæ, caduceq; laudis cupiditatem vix jam Christiano quisque homine dignam judicabit, nedum eo, quem sacris initiatum, divinóq; obsequio & cultui præcipua qua-

)( 3 dam

P R A E F A T I O .

dam ratione mancipatū , unam quoq; Dei gloriam  
spectare sectariq; decet , verūm etiam ex his, quæ à  
me conscripta & jam consignata monumentis se u-  
tique produnt , laudem referre me posse confido :  
Id inquam ut omittam; ad hæc ipsa, quæ scripsi , e-  
mittenda, quamvis reluctantem , & communis me  
hominum adduxit utilitas , quam quærere quisque  
summoperè debet , ex meoq; maximo labore me-  
tiens non exiguam fore sperabam; & eorum impu-  
lit hortatus, qui, cùm summæ integritatis & doctri-  
næ, atque adeò authoritatis apud me essent , tum e-  
jusdem communis utilitatis amatores , tum etiam  
non tam meæ, quam divinæ se laudis cupidos ostē-  
debant. Jam verò ea lætor me cura levatum , qua  
illi premuntur, qui sua ingenii edentes monumenta  
aliorum illa nomini nuncupare volunt; in eo enim  
plurimum elaborant, ut egregium aliquem, clarissi-  
mumq; virum feligant, cui ea dicata in lucem pro-  
deant , quamplurimis simul , unóque se adspectu  
objicientibus, quibus tanquam bene meritis de se  
viris oblato ingenii vigiliarumque fructu aliquam  
grati animi præbeant significationem ; plurimis et-  
iam, quorum ab inscripto tanquam Principum, am-  
plissimorumque virorum nomine scriptis & moni-  
mentis præsidii plurimum ac splendoris accedat.  
Plurimis demum, quos ejus rei studium capiat, quo  
ex genere ea disputatio sit , quam cupiunt inscribe-  
re, ut res, quæ datur, cum eo, cui datur , & cum re  
data persona ipsa conveniat. Hæc enim singula ,  
quæ iis proposita esse solent, qui aliquid nuncupant,  
nostram in causam admirabili quadam conspira-  
tione

P R A E F A T I O.

tione confluere, & quasi coire videntur; in eāmq;  
personam, quæ, ut una mihi occurrit, ita læto potius  
animo excipienda fuit, quām magno studio deli-  
genda, conveniunt universa. Etenim, ut hæc omnia  
uno verbo complectar, primi hi Jurisprudentiæ  
meæ fructus eximio illi ac Principi viro consecran-  
tur, quem non modò hūjusmodi facultati maximè  
deditum, sed de ea etiam optimè meritum, cæteræ  
quoque præstantissimæ ac singulæres virtutes ad  
amplissimam Cardinalatus dignitatem evexerunt,  
atque in Purpuratorum Patrum Collegio, tanquā  
in cœlo clarissimum sydus collocarunt, munificen-  
tissimo illi viro dicantur, à quo privatim beneficia  
non pauca exiguâve agnosco; quæ verò simul ha-  
beo non cum patria solum, Mediolanensiique Ec-  
clesia, sed cum Christiana quoque Rep. universa,  
pro cuius tu salute dies noctesq; procuranda, tuen-  
da authoritate nullis laboribus, nullis vigiliis parcis,  
ejusmodi sunt, ut omnem tum referendæ, tum et-  
iam prædicandæ gratiæ eripiant facultatem. Et ne  
illud prætermittam, quod summæ loco fœlicitatis  
pono, & commemorare mihi quidem jucundissi-  
mum est, tibi verò haud prorsus invisum fore puto,  
arctiori necessitudinis vinculo mihi cōjuncto Præ-  
suli isthæc inscribuntur, quodq; ejusmodi conjunc-  
tio postulare videtur, naturalis cujusdam benevo-  
lentiæ atque charitatis ergò tribuuntur, quasiq; do-  
nantur. Dabit igitur se libellus in medium nullis  
non ornamentiis insignis, quia tibi inscriptus, F L A-  
M I N I Cardinalis amplissime, nihil sibi ab adver-  
sariis pertinencens, quem nullis licet ab authore

):( 4 firma-

P R A E F A T I O .

firmatum præsidiis tui nominis pondus roborat,  
dignitas confirmat, munit authoritas: dabit se in-  
quam, in medium, quantumq; à te beneficium ha-  
beat, cunctis indicabit. Quòd si illud consequar,  
ut hoc qualemque munus (exiguum fateor, ali-  
quod tamen meæ in te voluntatis & studii argu-  
mentum,) gratum tibi accidisse intelligam, & ma-  
xima eidem beneficio accessio fiet, & hoc uno con-  
tentus nullam aliam à te quæram mercedem labo-  
ris, excitaborq; fortasse ad alia majora, quæ, cùm  
prodibunt, non, ut hæc, leviter adumbratam, te-  
nuiq; quasi penicillo designatam, sed expressam o-  
mnino mei in te studii & observantiæ significatio-  
nem cunctis gentibus dabunt. Vale, Mediolani,  
Idibus April. M. D. X C I X.

INDEX

INDEX CAPITVM,  
ET QVAESTIONVM, QVAE  
in tractatu de OPTIONE  
continentur.

CAP. I.

Quid sit Optio; & continet tres Quæstiones.

- I. Vnde dicitur Optio.
- II. De definitione Optionis.
- III. Quotuplex sit Optio, seu jus optandi.

CAP. II.

Quo jure introducta sit Optio; & con-  
tinet tres Quæstiones.

- I. Qua de causa introducta sit Optio.
- II. An, & quanto tempore consuetudine  
induci possit jus optandi.
- III. An, & quomodo possit per statutum in-  
duci jus optandi.

CAP. III.

Quibus in rebus ac beneficiis locum  
habeat Optio; & continet se-  
ptem Quæstiones.

- I. An in aliis beneficiis quam canonicati-  
bus locum habeat Optio.
- II. An possint optari domus canonicales.

)( 5 III. An

I N D E X.

- III. *An Optio locum habeat in beneficiis vacantibus apud sedem, aut alias quomodo cum reservatis.*
- IV. *An in beneficiis juris patronatus locum habeat Optio.*
- V. *An in beneficiis & præbendis, quæ permuntantur, sive in ipsa permutatione locum habeat Optio.*
- VI. *An possit optari præbenda habens aliquod onus annexum, puta præbenda Theologalis, Pænitentiariæ, vel alia similis.*
- VII. *An possit optari præbenda minor, quemadmodum aliqua de causa sit magis grata.*

C A P. IV.

Quinam optare possint; & continet quatuor Quæstiones.

- I. *An soli & omnes antiquiores canonici optare possint.*
- II. *An excommunicatus possit optare.*
- III. *An absentes ab Ecclesia saltem ex justa causa possint optare.*
- IV. *An Optio possit fieri per alium, seu an alias nomine meo possit optare.*

C A P. V.

De modo optandi, seu qualiter fiat Optio; & continet tres Quæstiones.

I. *An*

## INDEX.

- I. *An Optionis fiat semper gradatim.*
- II. *An Optionis semper fiat intra eundem ordinem, & gradum.*
- III. *An aliquæ solennitates requirantur in Optione.*

## CAP. VI.

De Tempore Optionis, seu quando  
optandum sit, & continet quinq;  
Quæstiones.

- I. *Intra quantum tempus fieri debeat Optionis.*
- II. *An possit hoc tempus prorogari, vel minui.*
- III. *An tempus hoc viginti dierum ad optandum currat simul omnibus optare volentibus, an verò singuli, seu unus post alium habeat viginti dies ad optandum.*
- IV. *An hoc tempus viginti dierum currat à die vacationis, an à die scientiæ ejusdem vacationis, & quomodo.*
- V. *An sicut hoc tempus non currit ignorantia, ita etiam aliter justa de causa impedito, aut minori; vel saltē aliquaratione eisdem succurratur.*

## CAP.

I N D E X.

C A P. VII.

De præcipuis Optionis effectibus; &  
continet tres Quæstiones.

I. *An per Optionem mutetur præbenda  
sola, an vero etiam titulus, & Canoni-  
catus.*

II. *An optando quis mutet stallum in cho-  
ro, & quomodo.*

III. *An per Optionem dimitatur pensio.*

C A P. VIII.

Quomodo tollatur Optio, seu jus o-  
ptandi; & continet tres Quæ-  
stiones.

I. *Quando & quomodo derogetur Optio-  
ni.*

II. *An consuetudo optandi tollatur per non  
usum.*

III. *An consuetudo vel statutum optandi  
tolli possit per contrariam constitutio-  
nem.*

FINIS INDICIS Capitum & Quæstio-  
num Tractatus de Optione.

INDEX



*INDEX CAPITUM,  
ET QVÆSTIONVM, QVÆ  
in Tractatu de DECIMIS  
continentur.*

**C A P. I.**

*Quo jure inventæ & introductæ sint Decimæ;  
& continet quatuor Quæstiones.*

- I. An Decimæ jure naturæ inventæ & introductæ  
sint.*
- II. An Decimæ institutæ sint & præceptæ de jure di-  
vino.*
- III. An Decimæ præceptæ sint jure Pontificio.*
- IV. Quam ob causam introductæ sint Decimæ.*

**C A P. II.**

*Quid sit Decima; & continet tres Quæstio-  
nes.*

- I. De definitione Decimæ.*
- II. Cur magis electa fuerit decima pars, quam vigesima, aut alia quota.*
- III. Quid differant decimæ à primitiis & oblationi-  
bus.*

**III.**

*Quotuplex sit Decima; & continet duas Quæ-  
stiones præcipuas.*

- I. Quot sint genera Decimarum.*
- II. Quot sint species Decimarum.*

**C A P.**

## I N D E X.

### C A P. IV.

De quibūsnam rebus solvatur Decima; & ha-  
bet tres Quæstiones.

- I. *De quibus frugibus ac fructibus seu proventibus de-  
beat solvi decima.*
- II. *An de illicetè acquisitis solvatur decima.*
- III. *An de Novalibus solvenda sit decima, & quo-  
modo.*

### C A P. V.

Quinam teneantur ad solutionem Decima-  
rum, vel etiam ab ea excusentur; & conti-  
net septem Quæstiones.

- I. *An omnes, tam Laici, quam Clerici, & Religiosi,  
teneantur ad decimarum solutionem.*
- II. *An possit ex privilegio tam laicis quam clericis com-  
petere immunitas à solvendis decimis.*
- III. *An laicis possit ex privilegio concedi jus deciman-  
di, seu decimas percipiendi.*
- IV. *An consuetudo aliquam vim habeat in eximendo  
aliquos à Decimarum solutione, aut eis tribuen-  
do jure decimandi.*
- V. *Quænam prescriptio obtineat, & locum habeat in  
materia Decimarum.*
- VI. *An valeat compositio vel transactio super Deci-  
mis.*
- VII. *An possit ex aliqua causa remitti Decima clerico,  
vel laico.*

### C A P. VI.

De Circumstantiis Loci, Temporis, & Modi  
solvendi Decimas; seu qualiter solvantur De-  
cimæ; & continet quatuor Quæstiones.

I. De

## INDEX.

- I. *De Loco, an debeant portari decimæ in horrea clericorum.*
- II. *Quo tempore solvendæ sint Decimæ.*
- III. *An Decimæ non petitæ, seu etiam præteritæ exiguntur.*
- IV. *De modo solvendi decimas.*

## CAP. VII.

Quibus Ecclesiis seu personis solvendæ sint Decimæ; & continet unicam Quæstionem.

- I. *Quibusnam Ecclesiis solvatur Decima.*

## CAP. VIII.

De modo procedendi circa exactionem Decimarum; & continet sex Quæstiones.

- I. *Quis iudex sit competens in causa Decimarum.*
- II. *Qualiter, & qua actione petantur Decimæ.*
- III. *An, & quando causa Decimarum sit summaria.*
- IV. *An causa Decimarum sit executiva, hoc est, an possit incipi a præcepto, deturque appellatio, nécne.*
- V. *Quibus poenis afficiantur non solventes Decimas.*
- VI. *An superior & iudex possit procedere ex officio in materia Decimarum.*

## CAP. IX.

### SEU APPENDIX.

De Decimis Papalibus; & continet quinque Quæstiones.

- I. *De origine & causa impositionis harum Decimarum.*

II. *De*

I N D E X

II. De quibusnam beneficiis, quibusve fructibus solva-  
tur Decima Papalis.

III. An aliqui sint immunes à solutione harum Deci-  
marum; & quinam illi sint.

IV. De modo servando in solutione Decimarum Papa-  
lium.

V. De modo procedendi circa harum Decimarum ex-  
actionem.

• ENIS INDICIS Capitum & Quæstio-  
num Tractatus de Decimis.



ALEXAN-



ALEXANDRI  
MONETÆ, S. THEO-  
LOGIÆ ET J. U. D. AC ME-  
diolanensis Ecclesiæ Cano-  
nici ordinarii,

TRACTATUS  
DE OPTIONE.



E Canonica Optione , seu Jure Optandi , qua fieri poterit facilitare , ac brevitate , Deo juvante acturi , qua de re nemo , quem viderim , hucusq; tractatum edidit , eundem plane ordinem sequemur , quo , ubi de Decimis agimus , usi sumus . Hanc enim tractationem in octo capita , quæ deinde singula in plurimas , easq; utiles quæstiones , superflua quæque resecando , distinguemus .

Primo ergo videbimus , *Quid sit Optio.*

Secundo : *Quo jure introducitur sit.*

Tertio : *Quibus in rebus ac beneficiis locum habeatur , jus optandi.*

Quarto : *Quinam optare possint.*

Quinto : *de Modo optandi.*

Sexto : *de tempore Optionis , seu quando optandum sit.*

Septimo : *de precipiis Optionis effectibus.*

Octavo , & postremo : *Quomodo tollatur optio , seu jus optandi.*

SUMMÆ RERUM.

I Significationes variae hujus nominis , Optio , remisive.

A

2 Optio-

2 ALEX. MONET. TRACTAT.

- 2 Optare sumitur pro desiderare. Item pro eligere. num.  
3. & 8. Et hoc utroq; modo sumum deducitur à  
verbo Graco ὀπίσσω. num. 4.
5. Optio de duobus dicitur, electio de pluribus. Et alia  
differentia utriusque remissive. num. 6.
- 7 Optionis nomen aliquando de pluribus dicitur.
- 9 Optionis nomen Canonica dicitur; & Optatio. nu. seq.
- 10 Optionis Canonica nomen unde dicitur.
- 11 Etymologia dat proprium verbus intellectum; & ab  
ea sumum argumentum optime in jure procedit.  
num. 12.
- 13 Definitio Optionis Canonica.
- 14 Iuris nomen in definitione Optionis sumitur pro le-  
gitima potestate.
- 15 Ius ad rem, aut in re, an, & quando per Optionem  
tribuatur.
- 16 Ius optandi solum competit ecclesiis collegiatis, re-  
ligiosisq; collegiis, & ut collegium constituunt,  
non ut singularibus personis. num. 17. &c seq.
- 18 Ius optandi cedit ad commodum, & decus totius col-  
legii.
- 19 Ius optandi non est in omnibus ecclesiis, neque iū  
competit de jure communi. num. 20.
- 21 Consuetudine & statuto induci potest ius optandi.
- 22 Optio gradatim fit; & hoc duobus modis accidit,  
cum num. seq.
- 24 Prabenda per optionem dimissa vacare dicitur.
- 25 Prabenda non vacans optari potest ex speciali con-  
suetudine; regulariter vero non potest. num. 26.
- 27 Optio coacte non fit, sed voluntarie.
- 28 Prabenda dimissa non potest simul retineri cum  
optata.
- 29 Stallum quis optare non potest non optata etiam pra-  
benda, seu propria non dimissa.
- 30 Prabenda reservata optari non possunt.
- 31 Optio intra quod tempus fieri debet, & an illud tem-  
pus possit mutari, remissive.
- 32 Optionis unica est species substantialis, plures ta-  
men

## DE OPTIONE. CAP. I.

men accidentales. Alia enim est, qua consuetudine inducitur, alia qua statuto, num. 33. Item alia beneficiorum spectantium ad Pontificis collationem, alia spec. ad Ordinarii provisionem. num. 34.

35 Optio alia Canonicorum, alia Mansioniorum, alia Equitum.

### CAP. I

#### Quid sit Optio.

QUÆRO PRIMO: Vnde dicitur Optio?

Quæro PRIMO: Vnde dicitur Optio? Omissis variis & significationibus hujus nominis, Opto & Optio, de quibus inter ceteros Rebus in Latinationis verbum vers. aut optionē intra certum tempus, ff. de verb. sig. Cujacius & alii in rub. ff. de optio. vel elect. leg. Ant. Nebrissen. in suo vocab. utriusq; jur. verbo Optio. Hieron. Verrut. in Lexic. Iur. ver. optiones. Catell. Cott. in Memor. ver. optio: p̄cipuæ illæ due sunt, ut sumatur & pro desiderare, seu cupere, quod commune est & vulgare, & passim usurpatur, vel pro eligere, & seu electione, ut probatur in l. his consequenter, in princip. ff. famil. hercisc. §. Optionis. Instit. de legat. l. 2. l. mancipiorum, & toto tit. ff. de opt. vel elect. leg. & his duabus significationibus sumtum forte & deducitur hoc nomen à verbo Græco ὄπτα, hoc est, video; qui enim aliquid eligit, videre debet, quod eligit, & an expediat illud, vel alterum eligere; rursus; qui aliquid cupit, vel prius id vidit, vel quam primū videre desiderat. Et quamvis quidam putent, electionem etiam ab optione differre, quod optio & de duobus dicatur, electio vero de pluribus, l. 3. §. item optare, ff. ad exhibend. prout refert Rebuff. loc. cit. & Cujac. aliiq; d. rubr. ff. de opt. vel elect. leg. alias differentias statuant & inter optionem, & electionem; tamen & optio & aliquando in pluribus sit, ut d. l. 2. & l. mancipiorum, ff. de opt. leg. & d. l. his consequenter, ff. fam. hercisc. & l. de eo, §. item si ei, ff. ad exhib. Et optionem promiscue capi & pro electione

4 ALEX. MONET. TRACTAT.

auctor est Alciat. d.l. alienationis, in verbo optionem, & optime ostendit Rebuf. in loc. alleg. Ut igitur ad rem nostram proprius accedamus, nostræ hujus Optionis 9 nomen, quam jure optimo † Canonicam cum Rebuf. & aliis vocare possumus, ab utraq; illa hujus nominis 10 significatione † ducere possumus; hoc enim jus est eligendi præbendam vacantem, ut infra suo loco dicemus, ideoq; ea optatur, seu eligitur, quia desideratur; quod enim prius mente optavimus, re ipsa eligimus, ut inquit Alciat. ubi supra: quare hujus juris exercitium non abs re aliqui optationem vocant, ut pater inter ceteros ex Gemin. in c. fin. de consuet. in 6. qui textus sedes est hujus materiae. Libenter autem hujus nominis originem latius fortasse, quam par esset, prosee- 11 cuti sumus, etymologia enim dat † proprium verbis intellectum, ut colligere est ex c. forus, de verb. sign. l. turgit, l. notionem, l. ut Alphenus, & l. pupillus, §. territorium, cum utrobiq; not. per gloss. ff. de verb. sig. & notat Bart. in repe. l. omnes populi, q. 6. princip. ff de just. & jur. Abb. in proœm. decret. num. 8. aliiq; DD. passim. Et ar- 12 gumentum ab etymologia nominis † optime in jure procedit. Bart. Bald. Imol. Alber. & alii in rubr. ff. solut. matr. Abb. Imol. & Canon. in c. cum secundum Apostolum, de præbend. & late optimeq; comprobat Everard. in suis topic. jur. in loc. ab Etymol. num. 3. & seqq.

Quæro Secundo: de definitione Optionis.

Respondeo; quod Optio, seu Jus hoc optandi, licet à nemine, quem hucusq; viderim, definitum fuerit; tamen tam ex ter. in d. c. fin. de consuetud. in 6. quam ex iis, quæ tum ibi, tum alibi tradunt DD. congrue sic definiiri posse videtur, quod sit † jus quoddam, Capitulo seu collegiali alicui ecclesia ex consuetudine, vel etiam statuto competens, ut antiquiores gradatim vacantem præbendam, qua tamen reservata non sit, propria dimis- sa intra certum tempus eligere possint.

Quæ definitio, quoniam non congrua modo, sed etiam, ni fallor, perfecta est, sola indiget declaratione.

14. Dixiergo, esse jus quoddam, hoc est, † legitima potestas,

## DE OPTIONE. CAP. I.

3

testas, prout sumitur in l. 1. in princip. ff. de tutel. & In-  
 stit. de jur. natur. in princ. cum similibus, & tradunt Iob.  
 And. & Canon in rubr. de reg. jur in 6. Iurista in rub. ff.  
 de just. & jur. Rebus. in l. verbis legis, ff de verb. signif.  
 ponitque jus loco generis remoti, jus inquam † ad 15  
 rem, ut in specie voluit Gomez. in reg. de non toll. jur.  
 quas. q. 1. vers. septimus modus acquirendi, Thom. Ze-  
 rol in Prax. Episco. verbo Canonia, vers. ad 7. Add. ad  
 Rot. decis. 3 de consuet. in no. post Aene. Falcon. tract de  
 reservat. benef. quas. 4 effect. 47. num. 4. & 9 quod ta-  
 men intelligendum est de toto Capitulo, & ecclesia;  
 nam singulis puto non acquiritur jus ad rem nisi eve-  
 niente casu optionis, per ipsam vero optionem actua-  
 liter subsecutam censeo acquiri jus in re, & non solum  
 ad rem, cum tunc aliud non requiratur nisi apprehen-  
 sio possessionis, quæ jam supponit jus in beneficio, seu  
 præbenda, ut inferius dicam cap. 5. q. 3. conel. 2 pro quo  
 etiam facit cap. si tibi absenti, cum ibi not. de præbend. in  
 6. sicque conciliari possunt contrariae hæc in re optiones,  
 quod enim per optionem acquiratur jus in re,  
 præter Petr. Ubal. tract. de perm. benef. numero 96.  
 & 97. voluit idem Falcon. d. quas. 4. effect. 5. num. 3.  
 post Petr. de Perus. tract. de perm. benef. ult. par. q. fin.  
 col. 2. & aperte colligitur ex Rebus tract. de pacif. possess.  
 num. 141. Subditur deinde in definitione, Capitulo seu  
 collegiali ecclesia competens; estq; pro genere proximo,  
 seu proxima differentia genericæ, ut loquuntur Dia-  
 lectici, ut distinguatur ab aliis juribus competentibus,  
 personis profanis, & privatis, convenit enim hoc jus  
 † solum Capitulis, & ecclesiis collegiatis, religiosisq; 16  
 collegiis, ut colligere est ex ipso text. & in qua ibi tra-  
 dunt DD. neque canonici † ut singulares personæ 17  
 sunt, sed ut Capitulum constitunt, competit hoc jus,  
 cum quia à majori parte canonorum sit, fierique so-  
 let optio; tum quia jus hoc cedit † ad commodum 18  
 ac decus totius ecclesiæ, & Capituli: tum demum,  
 quia tam à Pontifice in d. c. fin. quam Doct. ibi jus istud  
 opandi nunc consuetudo, nunc privilegium, nunc

A 3

statu-

## 6 ALEX. MONET. TRACTAT.

statutum ecclesiæ vocatur ; cum maxiime statura con-  
 dere ad totum Capitulum , ut Capitulum est , saltem  
 una cum Episcopo spectare noscatur , juxta ea , que tra-  
 dunt Doct. in c. cum omnes de constit. & in c. I. eod. tit. in  
 6. Dixi præterea in definitione , alicui ecclesia , quo-  
 19 niam + neq; in omnibus ecclesiis exstat statutum hoc  
 20 seu consuetudo , neque illis de jure communi + com-  
 petit hoc jus , ut patet ex textu d. c. fin. & notantib; com-  
 muniter Doct. Additur deinde , ex consuetudine , vel et-  
 21 iam statuto , quoniam utroq; modo induci potest + hoc  
 jus , ut infra cap. sequenti ostendemus . quæst. 2. & 3. Sub-  
 jicitur autem , ut antiquiores gradatim eligere possint  
 vacantem præbendam ; quæ omnia habentur in text. &  
 22 dicitur gradatim , + non modo , quia primo antiquior  
 murare , seu optare possit , & si nolit primus , possit se-  
 cundus , & nolente secundo tertius , & sic de singulis ;  
 ut exponit ibi gloss. & alii ; sed etiam , quia si primus  
 23 optet + vacantem præbendam , possit secundus optare  
 præbendam dimissam à primo , & tertius dimissam à  
 secundo , & sic de ceteris , quod etiam innuit postea  
 text. dum dicit ; & illa quæ optata non fuerit , erit illi .  
 pro quo scriptimus , conferenda : nam & præbendæ di-  
 24 missæ per optionem alterius vacare + quodammodo ,  
 licet impropriæ dici possunt , ut etiam voluit ibi gloss. in  
 verbo non fuerit ; præterquam quod etiam potest spe-  
 25 cialiter per consuetudinem induci , + ut præbenda non  
 vacans optetur , ut post gloss. d. c. fin. verbo cum vacat ,  
 tradunt ibi ceteri , & poterit forte id locum habere , ubi  
 distinctio præbendarum fit ad tempus , de qua inf. cap.  
 seq. q. 2. concl. 1. in penult. membro illius distinctionis ,  
 quam ibi post Rot. & alios facimus , ut in specie not. Ia.  
 26 And. & Gem. d. c. fin. cum alias regulariter + Optio sie-  
 ri non possit , nisi de præbenda vacante , ut patet ex textu  
 qui dicit , cum vacat , & not. inter alios Rot. decis. 6. num.  
 1. circa princ. de consuet. in no. Dicitur etiam signanter  
 in definitione , possunt , non debeant ; neque enim co-  
 27 guntur + optare Canonici , sed possunt , si volunt , ut in-  
 nuit & iam textus , & not. ibi inter alios lo. Andr. ne  
       quod

quod in favorem inductum est, in odium retorqueatur contra vulg. jur. reg. *Dixi propria dimissa*, quoniam nec simul illam, quam habebat, cum optata, † retinere 28 potest; neque stallum † optare maxime superioris ordinis non optata etiam præbenda, seu propria non dimissa, ut latius fortasse inferius cap. 7. ostendam. *Dixi etiam, qua tamen reservata non sit*; quoniam præbendæ in curia vacantes, † aut alias reservatæ optari non 30 possunt, ut patet ex text. d. cap. fin. & latius inf. cap. 3. demonstratur. Subditur demum, *intra certum tempus*; quoniam † tempus ad optandum præstitutum perpetuum non est, sed ut plurimum est 20. dierum, licet id tempus aliquando mutari possit, ut inferius c. 6. ostendam.

*Quæri etiam potest tertio, Quotuplex sit optandi ius*; sed quoniam † unica species est, ut Dialectico lo- 32 quuntur, vel ut Jurisconsulti; unicum genus proprium, & substantiale Optionis, duplicem illam divisionem accidentalem attigisse solum sit satis, ut † alia sit con- 33 suetudine, alia statuto inducta; item alia, † quæ de iis 34 præbendis sit, quæ per ordinarium conferuntur, alia de illis quæ per summum Pontificem conferri deberent, aliqua ramen de causa, locum in illis habet optio, ita ut per eundem Pontificem sine expressa saltem derogatione conferri non possit nisi ea, quæ non fuerit optata, ut į. cap. 3. & 8. explicabimus, quibus etiam tertiam divisionem addere possumus, ut alia † Optio sit, 35 quæ à Canonicis sit; alia, quæ à beneficiatis in aliqua ecclesia, quos Mansionarios vocant; alia demum, quæ ab alicujus Militaris Religionis equitibus sit, juxta ea, quæ latius inf. cap. seq. q. 2. concl. 5. & cap. 3. q. 1. affere- mus. Nunc autem ad secundum cap. transeamus.

## SUMMÆ RERUM.

I *Consuetudo optandi innititur aquitati Canonica: estque rationabilis, aqua, & à iure approbata.*  
dum. 2.

2 ALEX. MONET. TRACTAT.

- 3 *Ius optandi induci potest consuetudine.*  
4 *Argumentum à Rubrica est optimum in jure.*  
5 *Consuetudo illa, qua contra jus est, requirit ad suū introductionem spatiū 40. annorum saltem de jure Canonico.*  
6 *Consuetudo prater jus inducitur spatio decem annorum. Idem secundum aliquos in quavis rationabili, & aqua consuetudine. num. 7. Sitamen agatur de prejudicio tertii privati requirentur 30. anni. nu. 8. si de prejudicio ecclesie, 40. anni. num. 9.*  
10 *Consuetudo prater jus est, qua neq; contra, neq; secundum jus est.*  
11 *Consuetudo rationabilis qua sit, judicis arbitrio relinquitur. Quid autem arbitrari possit judex, dicitur num. 11. & seqq.*  
13 *Rationabilitas non requiritur in consuetudine, qua prater jus est.*  
14 *Rationabilis consuetudo est, qua continet bonum honestum, vel honorabile.*  
15 *Consuetudo optandi secundum aliquos est prater jus, & rationabilis, ideoq; inducitur secundum eos spatio decem annorum.*  
16 *Consuetudo optandi quando sit prater, & quando contra jus; quantoq; tempore inducatur, late ibi distinguitur cum num. seqq.*  
17 *Consuetudo optandi inducitur spatio decem annorum, ubi prabenda certa sunt in numero, sed non distincta, quoad proprietates, quoniam portiones quædam inæquales assignantur.*  
18 *Consuetudo optandi ut inducatur, ubi prabenda sunt distincta, requiritur spatiū 40. annorum.*  
19 *Consuetudo optandi, ubi prabenda sunt distincta, est contra jus, vel, si prater jus, derogat tamen juri ecclesie, cui collator p̄aest num. seqq.*  
21 *Consuetudo optandi domos cur possit induci minori spatio, quam 40. annorum.*

22 Con-

- 32 Consuetudo rationabilis contra jus requirit ad suis introductionem spatum 40. annorum.
- 33 Consuetudo optandi requirit scientiam & patientiam ordinarii collatoris. Item scientiam, & consensum saltem tacitum majoris partis Capituli. num. 24. & eum non erroneum, sed ex certa scientia, & animo inducendi consuetudinem. num. 25.
- 34 Animus inducendi consuetudinem, quomodo collatur, remissive.
- 35 Consuetudo quomodo probetur, remissive.
- 36 Consuetudo optandi quomodo probetur, remissive.
- 37 Consuetudo à quibus personis induci possit, remissive.
- 38 Consuetudo optandi sicut & cetera consuetudines, unico actu induc non possunt, etiam si actus sit notioris toti populo, seu collegio. num. 31. Nisi actus sit successivus. num. 32. & 38. vel judiciarius. num. 33. Quod tamen est dubium. num. 34.
- 39 Actus ad consuetudinem requisiti quo esse debeant judicis arbitrio relinquitur. Quid autem hac in re potissimum attendere debeat judex. num. 36.
- 40 Actus consuetudinis debent esse interpolati, & conformes seu ex uniformi observantia.
- 41 Consuetudo optandi unico actu cum quadragenaria possessione forte inducetur.
- 42 Consuetudo optandi non debet necessario esse obtenta in contraditorio iudicio; nisi ubi unico actu inducenda est.
- 43 Consuetudinem optandi inducere non possunt, qui eius juris non sunt capaces ex se; vel nisi illius capaces fiant ex dispensatione summi Pontificis. num 41.
- 44 Milites, seu militaris religionis equites an possint inducere consuetudinem optandi.
- 45 Religio militaris Hierosolymitana sancti Ioannis ue nobilissima est, ita sola proprium religionis nomen retinet.

10 ALEX. MONET. TRACTAT.

- 44 *Habitus non facit monachum, aut religiosum, sed potius professio regularis.*
- 45 *Consuetudine optandi sublata ab aliqua ecclesia per Pontificiam constitutionem, non poterit similiter consuetudo ex eadem causa denuo introduciri poterit tamen ex nova causa. n. 46. vel accedente expresso consensu Pontificis, num. 47. vel etiam sine nova causa, ubi solum praterita consuetudo in specie sublata est, num. 48.*
- 49 *Ius optandi statuto induci potest.*
- 50 *Statutum de optando fieri potest ab Episcopo quoad beneficia spectantia ad eius collationem, non autem aliorum. Ab aliis vero inferioribus non potest fieri hujusmodi statutum ob defectum potestanus. num. 51.*
- 52 *Statuta condere in iis, que concernunt statum ecclesia, requirit Episcopi auctoritatem: Quod quomodo verum sit, explicatur. num. 55. & seqq.*
- 53 *Episcopus, seu alius inferior non potest contracanones statuere. Quod limitatur. num. 58.*
- 54 *Prelatus non potest prejudicare juribus ecclesia. Quod quomodo verum sit, exponitur num. 55. & seqq.*
- 56 *Confirmatio Prelati inferioris regulariter spectat ad Episcopum. Nisi obstet ipsius Episcopi statutum.*
- 57 *Prelatus prejudicare potest ecclesia sua in querendis, non autem in quasitis.*
- 58 *Episcopus, & clerici inferiores, collegium constituentes, possunt contra canones statuere in materia, in qua induci potest consuetudo canone permittente. Id quod omnino accidit in materia opinionis.*
- 59 *Episcopus potest saltem ad vitam suam condere hujusmodi statutum optandi; quod idem perpetuo durabit, si accesserit consensus capituli. numero 60.*
- 61 *Prelatus potest donare aliqua bona loco religioso, multo*

multo vero magis suo Capitulo. nu. 62. præsertim  
ex causa remunerationis, num. 63.

## C A P. II.

## Quo jure introducta sit Optio.

Q UÆR O PRIMO, Quæ de causa introducta sit  
Optio?

Respondeo cum gloss. in d. cap. fin. in verbo antiqui-  
cres de consuet. in 6. quod hæc consuetudo † innititur  
æquitati Canonicæ, quæ vult, antiquiores præferri  
canonicis novis, & seniores in ecclesia junioribus, c.  
quid proderit, & seq. 61. dist. cap. episcoporum, 74. dist. c.  
ult. in 75. & c. bene quidem. 9. 6. dist. cum similib. quam  
gloss. sequitur inter alios Franc. Marc. decis. Delph.  
1258. n. 2. 1. part. idem etiam voluerunt Archid. Jo. An.  
Gemin. & alii d. c. fin. dum respondent adjura, quæ in  
contrarium facere videntur, & in specie Archid. num.  
1. & Franc. num. 6. per hunc textum juncta glossa, &  
Rot. decis. 6 ad fin. de consuet. in no. dicunt, † hanc con-  
suetudinem optandi esse rationabilem & approbatam  
à jure; rationabilem etiam & æquam eam dicit Vivi.  
in commu. opin. verbo consuetudo rationabilis & aqua.  
& late ostendit Prob. in Addit. ad Io. Monach. d. c. fin.  
num. 34. & seqq. Et sane summus Pontifex aperte illam  
approbare videtur, dum præbendam, quæ ex hac con-  
suetudine optandi deberet, de jure debitum appellat;  
licet non ignorem, juris appellatione large consuetu-  
dinem comprehendendi.

Q UÆR O SECUNDO, An & quanto tempore con-  
suetudine induci possit jus optandi?

De primo † nulla difficultas est, cum quia disposi-  
tio hujus textus, quæ de jure optandi agit, ponitur sub  
tit. & rubr. de consuetudine, quod est in jure optimum  
argumentum, † iuxta text. in l. 1. & ibi not. Bart. Bald. 4.  
Ang. Salic. Castr. Alex. & las. ff. si cert. pet. gl. in c. potuit  
de loc. & in rubr. de reg. jur. in 6. & utuntur passim eo  
argumento Doct. ut fuse prosequitur Nic. Everard. in  
topic.

topic. legal. loc. 92. tūm etiā multo magis, quia tam summus Pontifex in d. c. fin. quam Doctores ibi, & ubi cunque de jure optandi loquuntur, hoc ipsum jus consuetudinem optandi appellant.

Tota difficultas est, quantum temporis requiratur ad hanc consuetudinem legitime inducendam ac de ceteris requisitis, & conditionibus illius, pro quorum resolutione

Præmitto primo, Consuetudinem illam, quæ constat in ius est, + requiri spatiū 40. annorum saltem de jure Canonico; ita Abb. Io. An. Butr. & Doct. communiter in c. fin. de consue. ubi late inter ceteros Roch. Curt. sect. 3. num. 35. idem Io. An. Archid. Gem. & Franc. post gloss. in d. c. fin. de consuet. in 6. Oldr. cons. 285. & admittit Rot. decis. 6. num. 5. de consuet. in nov. & alii passim, satisq; patet ex ipso text. d. c. fin. ext. de consuet. dum in consuetudine contra ius requirit, quod sit legitime præscripta. Consuetudo vero, quæ præter ius est, in ducitur + spatio decem annorum: ita gloss. & Doct. omnes supra citati. Aret. cons. 22. col. 4. Abb. & alii quos refert, & sequitur Curt. d. sect. 3. num. 28. & hanc opinionem communem dicit. Curt. ibid. Turzan. opin. 66. Soarez in thes. recept. sent. lit. C. num. 279. Villal. lit. 7 C. num. 183. quod idem + de quavis rationabili, & aqua consuetudine tradit gloss. in l. de quibus, ff. de legi. & l. 7. C. quæ sit long. consuet. estq; cōmuniās opinio, si credimus Ias. d. l. de quibus, num. 43. Grammat. decis. 64. nu. 34. & Vnu. in suis commun. opin. ver. consuetudo rationabilis & aqua. Aliqui tamen non ita absolute recipiunt hanc conclusionem, quod rationabilis consuetudo, & præter ius spatio annorum decem inducatur, sed solum putant procedere, si de nullius præjudicio agatur; quod si de præjudicio privati agatur, + requiretur saltem spatiū 30. annorum, ita decisum fuit in regno Neapol. teste Afflict. decis. 321. num. 18. quod etiam sequitur ibi Vrsil. in addit. num. 10. quod si res tangat ecclesiās, earumve statum & jura, + tunc semper introducione consuetudinis requiretur spatiū 40. annorum,

ram, cum tanti temporis præscriptio in earum rebus, vel juribus requiratur, cap. 1. & rorofere tit. ext. de præscript. ita Rot. Rom. d. decis. 6. num. 5. & ibi Addent. post Innoc. Host. & Io. An. in c. cum dilectus, de consuet. hoc ipsum voluit Collect. in c. ex parte, & idem Innoc. in d. c. fin. ext. eodem, late Curt. d. sect. 3. n. 32. Duen. reg. 1. 9 post Abb. d. c. cum dilectus, & Fel. in c. statuimus, limit. 1. de major. & obed. Petr. Raven. ad tit. de consuet. sect. 1. num. 46. Mil. in Repert. in verbo Consuetudo licet non sit contra jus, post Rom. consil. 18. colum. 5. & 6. & admittrit etiam Franc. d. c. fin. in princ. num. 5. vers. 2. limita. per not. in c. cum ecclesia, de caus. possess. & propriet. qui tamen deinde vult in opinione sufficere 10. annos. Quæ opinio Rot. & sequacium mihi videtur in severitatem continere, satisq; probatur ex d. c. cum dilectus, juncto c. Abbe de verb. sig. ubi in consuetudine, quæ contra jus non est, quod ex certo monasterio eligatur Abbas alterius monasterii vacantis, quia tamen per illam in aliquo derogatur juri monachorum, restringendo eorum libertatem in eligendo; in ea inquam consuetudine requiriatur spatium 40. annorum, ut in d. c. Abbe, versi nos igitur, de positionib. ad idem inducit Rot. ubi supra sextum in c. Cumana, de elect. & c. cum ecclesia Sutrina, de ea poss. & propriet. & c. dilecto de offic. Archid. in fi. c. quanto, de consuet. & c. cum de beneficio, de prab. in 6. ut latius per eum.

Præmitto secundo, illam consuetudinem † esse 10 præter jus, quæ contra, aut secundum jus non est, ut colligitur ex doct. communiter d. c. fin. de consuet. ext. & in 6. quæ autem sit rationabilis, † judicis arbitrio 11 relinqui, ut voluit Host. Io. Abb. & Imol. d. c. fin. ext. de consuet. gloss. in c. 1. in ver. rationabilia, de constit. in 6. Archid. & Gem. in c. quia frustra 8. dist. & alii, quos referunt, & sequuntur de communi attestantes Curt. d. c. fin. sect. 2. num. 20. Vivi. d. verbo consuetudo rationabilis, Soarez. in thesaur. recept. sent. litera C. num. 284. Iacob. Menoch. neminem horum referens in tract. de arbitr. judic. lib. 2. cent. 1. casu 82. num. 2. Judex autem

## 14 ALEX. MONET. TRACTAT.

¶ 2 tem arbitrii poterit, illam esse rationabilem, + quæ vel non est à jure reprobata, ut voluit Bal. consilio 401.

volum. 5. & Innoc. d. c. fin. neque enim requiritur expressa, & inconvincibilis ratio, sed aliquid bonū motivum, ut voluit Bald. d. c. fin. in verbis rationabilis, imo

¶ 3 neq; rationabilitas requiritur + in consuetudine, quæ præter jus est, sed solum in ea, quæ contra jus, ut voluerunt Bal. Card. Flor. & Barbat. d. c. fin. quos refert, nec dissentit. Curt. d. sect. 2. num. 24. Poterit etiam arbitrii judex, illam esse rationabilem, quæ continet bo-

¶ 4 num honestum, + vel honorabile, ut post Bald. in l. de quibus, ff. de legi tradunt Barbat. d. c. fin. col. 14. & Curt. d. sect. 2. num. 20. Item quæ habet illas tres comites, ut

religioni conveniat, congruat disciplinae, & saluti proficiat, seu peccatum excludat, ut loquitur text. in c. consuetudo, 1. dist. quæ verba declarant ibi gloss. & Archid.

& Gemin. in c. erit autem lex, 4. dist. & huic sententia adharent. Curt. d. sect. 2. num. 27. & Menoch. d. casu 82.

num. 7. Ethoc perpenso jure canonico. Jure autem civili illam rationabilem consuetudinem esse arbitrii poterit judex, quæ bono publico non refragatur, ut idem Menoch. optime probat d. casu 82. nu. 8. & 9. poterit etiam judex arbitrii ex aliquibus conjecturis, con-

suetudinem aliquam etiam contra jus esse rationabilem, ut si contineat bonum, si disponit id, quod disponet

nebat jus antiquum correctum, si sit generalis, aliisq; quas prosequitur Abb. d. c. fin. col. 3. & ibi Curt. d. sect. 2.

num. 20. & duobus seqq.

His præmissis descendendo nunc ad casus nostri decisionem conclusiones aliquot statuamus.

## PRIMA CONCLUSIO. Licet aliqui absolute te-

neant consuetudinem optandi + esse præter jus, & rationabilem, ideoq; induci spatio decem annorum, ut voluit gloss. d. c. fin. in verbis consuetudo, de consuet. in 6.

quam ibi sequitur Archid. nu. 1. Io. An. num. 4. Franc. num. 5. Vivi. d. verbo consuetudo rationabilis. Duen. d. reg. 139. Oldr. cons. 285. num. 3. Verior tamen est illa

¶ 6 opinio, ita distinguens, + quod aut in ecclesiis nulla est distin-

distinctio numerosve præbendarum, nec certus numerus canonicatum, ut in casu text. c. dilecto, & c. vacante, de præbend. & c. ex parte de concer. præben. & in his non potest introduci talis consuetudo, cum non sit, dare vacationem præbendarum, prout disponitur in d. juribus, quod tamen requiritur in d. c. cum in tua, quod est fin. de consuet. in 6. Aut est certus numerus canonicatum, seu canonicorum, sed nullus numerus, nec distinctio præbendarum, ut in c. fin. §. si autem, de concess. præbend. in 6. & tunc quoque non habet locum hæc consuetudo, quia in iis ecclesiis per administratores Capituli bona seu fructus dividuntur inter canonicos, & quanto ii pauciores sunt, tanto majores portiones recipiunt, & quanto plures sunt, eo minores recipiunt portiones, ut in d. §. si autem. Aut est certus numerus canonicatum, & totidem etiam sunt præbendæ, sed eæ distinctæ non sunt, imo bona sunt quoad dominium Capituli in communi, super quibus bonis quasi in confuso absque actuali aliqua distinctione institutus est numerus præbendarum, correspondens numero canonicatum; & tuac si Capitulum per officiales suos bona administrat, & de fructib. collectis tot facit æquales portiones, quot canonici; non potest etiam introduci hæc consuetudo; cum enim non sit, dare unam ex illis portionibus meliorum alia, non cadit electio, neque optio. Si vero Capitulum non administrat dicta bona per officiales suos, sed ea dividit in tot præbendas, quot sunt canonici, cuilibet consignando præbendam suam, ad tempus tamen, & secundum quod Capitulo placet, ita ut eo tempore clapsi iterum in commune reducantur, fiatque nova bonorum divisio: & in iis præbendis sic divisis, quoniam non potest divisio fieri ita æqualis, quin inter eas cadere possit electio; ideo potest etiam habere locum consuetudo optionis præbendarum. In iisdemque ecclesiis poterit hæc consuetudo induci spatio decem annorum: neque enim tunc mutatur titulus per optionem, cum inter præbendas, ut sunt tituli beneficiales,

ciales, non sit eo casu actualis distinctio, sed solum, prout in temporalitate consistunt; ideoque & mutatio nihil juri contrarium, sed æquitatem magnam contineat. Et in hoc casu concludunt, locumque habent rationes Doctorum, qui contrarium tueruntur. Si vero in ecclesiis non solum certus est numerus canonicarum, & præbendarum, sed etiam eæ præbendæ realiter, actualiter, & perpetuo sunt inter se distinctæ, ita, ut non sit unum beneficium ecclesiasticum, sed dos unius actualiter, sed omnino distincta sit à dote alterius, *juxta text. in c. literas de concess. præben. & clem. fin. de præben.* tunc sicut habet locum optio per supra

18 dicta, ita ejus consuetudo † non potest minori spatio induci, quam 40. annorum. *Hac opinio ita distinguem verissima est, eamq; expresse tenet Rot. Roman. d. decis. 6. de consuet. num. 1. & ibi Add. in nov. post Compostell. c. fin. ext. de consuet. sequitur Rochus Cart. d. c. fin. sect. 3. n. 29. & 36. Bellarm. decis. 1. per totam. & decisi. 63. nu. 2. & seqq. Franc. Marc. decis. Delphin. 1270. nu. 1. 2. & 4. 1. part. Gig. in tract. de pension. q. 63. num. 6. & 7. Prob. ad Io. Mon. d. c. fin. num. 28. de consuet. in 6. Milus in suo Repertor. verbo consuetudo optandi non potest introduci, & sequenti. post Rom. cons. 18. colum. 1. 2. & 3. idem nuperrime tenet Greg. Tholos. in tract. de benef. eccles. cap. 39. num. 4. idem tenere videtur Fel. in c. statuimus. num. 2. de major & obed. Butr. d. c. fin. ext. de consuet. & Gemini. in c. fin. num. 9. eod. tit. in 6. Et quidem quoad primum, ex duobus postremis membris, quæ sola probatione indigent, illud satis probatum ibidem fuit, admittuntque ipsi adversarii, quod nimurum, ubi non sunt distinctæ præbendæ, consuetudo optandi inducatur spatio decem annorum; Alterum vero membrum, quod ubi sunt actualiter distinctæ, requirantur*

19 40. anni. Probatur primo, quia † tunc est contra ius, cum quod præter Rot. & plerosque alios ex supr. cit. ita etiam aperre tenet Archid. d. c. fin. circa princip. aperiens vero Calder. de consuet. cons. 3. & 7. tam ex eo, quia sit mutatio titulorum sine canonica institutione contra

olum, contra c. 2. de instit. c. 1. de reg. jur. in 6. c. admonet, &c.  
 muta- quod in dubiis de renunc. tum quia permittit, fieri pro-  
 ignam pria auctoritate permutationem præbendarum con-  
 ue ha- tra concil. Turo. in c. majoribus, de præbend. &c. quæ-  
 tur. Si situm, de rerum permutat. tum demum quia dat jus  
 cano- ad præbendam, cum vacabit, contra concil. Lateran.  
 benda in c. nulla, de concess. præbend. quas rationes aliasque  
 inctæ, attingit Calder. tit. de consuet. cons. 7. Bellam. d. decis.  
 1. sed & latius prosequitur tam ipse decis. 63. nu. 3. & seqq.  
 oreal- quam Rot. d. decis. 6. num. 2. 3. & 4. Probatur secun-  
 clem. do. Nam ubi etiam dicta consuetudo esset solum præ-  
 supra ter, non contra jus, ex eo tamen, quod detrahit juri al-  
 spatio terius, ejus nimirum, ad quem spectat collatio præ-  
 aguem præbendarum, requirit tamen spatiū 40. annorum, jux-  
 decis. ta latius per nos superius deducta, in prima præmissa:  
 stell. c. quod vero derogetur † potestati collatoris patet; pos- 20  
 3. 3. n. set enim vacante una pinguī præbenda illam confer-  
 1. 2. & re, habenti minus pinguem, illamque alteri, & sic de-  
 4. 1. inceps; unde pluribus posset gratificari ex vacatione  
 rob. ad unius præbendæ, stante autem opione unicam con-  
 2. Re- ferre potest, eamque omnibus deteriorem. Et hæc so-  
 duci, n. la ratio sufficeret ad destruendam opinionem gloss.  
 in nu- ut optime inquit Rot. d. decis. 6. num. 5. ubi etiam pro-  
 f. cap. b. probare contendit contra eam omnes esse, ipsam contra o-  
 num. mnes. Ad illud, quod affert gloss. ex Compost. Papam  
 Ge- pronuntiasse, consuetudinem Mediol. optandi do-  
 d pri- mos servatam 25. annis validam fuisse; facile respon-  
 roba- detur cum Bellam. d. decis. 63. num. 3. & 4. ex mente d.  
 t, ad- Compost. id esse † ex eo, quia per optionem domum 21  
 i non non mutatur, aut acquiritur aliquid jus spirituale,  
 indu- prout in præbendis distinctis accidit. Ad alias vero ra-  
 nem- tiones, quæ in contrarium adducuntur, respondet  
 antur Rot. d. decis. 6. num 5. & præcipue ad illam, quod hæc  
 a jus, consuetudo optandi sit rationabilis; quæ etiam ex eo  
 r. cit. tollitur, quod immo ea consuetudo rationabilis dici-  
 cip. a- tur, quæ est contrajus, habet tamen juris approbatio-  
 x eo, nem aliquam, ad eamque inducendam † requiritur 22  
 ratione spatiū 40. annorum, ut post Innoc. tradit Rom. conf.  
 ontra

442. col. 1. & sequitur Milus d. Repert. verb. consuetudo rationabilis, & satis patet ex text. cum ibi not. d. c. fin. ext. de consuetud. Sicut ergo firma conclusio, quod ubi sunt distinctæ præbendæ, requiritur in consuetudine optima di spatiu 40. annorum, ubi vero non sunt distinctæ, sufficiunt decem anni. Et hæc quoad primum requisitum hujus consuetudinis.

## SECUNDA CONCLUSIO. Ad inducendam o.

23 ptandi consuetudinem requiritur + scientia, & patientia Episcopi, seu ejus, ad quem spectat collatio, ubi sumus in consuetudine 10. annorum, in quadragenaria vero non requiritur, cum præsumatur ex eo tempore tam scientia, quam etiam tacitus consensus: ita in spe-  
cie Milus in Repert. verbo consuetudo optima induci-  
tur per ea, que not. Butr. d. c. fin. colum. 26. & pen. post 10.  
An. ibi in summa ad illud cap. membr. 3. q. 1. & 3. Simi-

24 liter + requiritur scientia, & consensus sicut tacitus majoris partis Capituli, per ea, qua tradit Bald. d. c. fin. & ibi Barbat. colum. penult. Curt. sect. 4. num. 24. 45. 49. & in prefatione ad tit. de consuet. num. 17. Vigel. in method. jur. contr. cap. 3. reg. 4. except. 5. post Villal. in com-  
lit. C. n. 187. & Vivi. com. opin. lib. 1. in verbo statutum pactum, vel consuetudo, quod etiam per text. in l. de qui-  
bus, ff. de leg. & c. cum consuetudinis, de consuet. tene-  
10. An. Butr. & Card. d. c. fin. & alii quos refert, & se-  
quitur Duen. reg. 141. in princip. Neque sufficiet erro-

25 neus consensus, sed requiriur, quod + ex certa scientia inducta fuerit, animoque inducendi consuetudinem, ut late & optime ostendunt Curt. d. sect. 4. n. 1. 2. & 36.

& Egerius Raven. ad d. tit. de consuet. sect. 3. num. 59. &

26 seqq. Quomodo vero colligatur + hic animus indu-

27 cendi consuetudinem, & in universum quomodo + proberetur consuetudo, remitto ad late tradita per Doct.

d. c. fin. maxime per Curt. sect. 4. q. 1. cum text. seqq.

Petr. Raven. d. sect. 3. num. 38. & sect. 4. n. 66. cum duob.

seqq. Soarez in thesaur. recept. sent. lit. C. num. 189. Ma-

scard. de probat. verb. consuetudo, Franc. Vivi. decis. Ne-

28 apol. 130. num. 6. & 382. n. 4. & in specie quomodo + probati

proba-

prot.  
Alb.  
D.

duce  
ad 6  
T

testi  
opta  
conf  
en l.

pulc  
6. vi

si va  
duci  
ven

de p  
opti  
vel

tur c  
con

Abb  
habe

nem

curl

& d

pen.

C

eudi

dis pe

num

pinie

Spec

rum

n. 51

d. ca

sequ

Illuc

cess

ſuetudo probari possit hæc consuetudo optandi, videndus est  
ſin. ext. Alb. conf. 159. n. 1. & ſeqq. vol. 1.

De personis earumve qualitate, † quæ poffunt in- 29  
ducere consuetudinem, vide Curt. d. ſect. 4. nu. 46. uſq;  
ad 65. Raven. ſect. 3. num. 31. & ſeqq.

TERTIA CONCLUSIO. Unicus actus † non po- 30  
tent ſicut aliam quamlibet consuetudinem, ita hanc  
optandi inducere, ut eſt text. in l. 1. & 2. C. que ſit long.  
consuet. & l. ſed an in rotum, C. de edif. priu. & not. Bart.  
in l. de quibus ff. de legi. † etiam ſi h̄t notorius toti po- 31  
pulo, ut inquit ibi Bart. & ſequitur Raven. d. ſect. 3. nu.  
6. niſi is fuerit ſuccellivus, † & habeat cauſam ſuccel- 32  
livam, & continuationem per tempus, intra quod in-  
ducitur consuetudo, ut poſt Abb. in d. c. fin. tradit Ra-  
ven. dict. ſect. 3. num. 5. per text. ſing. in c. cum de beneficio  
de prab. in 6. idem voluit Card. u. c. fin. q. 14. & ibi omnes,  
optime vero inter ceteros Curt. d. ſect. 4. num. 43. & 83.  
vel † niſi judiciarius fuerit ex eo, quod tunc detega- 33  
tur conſensus populi, & valentis legem, ſeu ſtatutum  
condere; ita ſingulariter voluit Raven. d. num. 5. poſt  
Abb. d. c. fin. & in c. Abbate, de verb. ſignif. Quod tamea  
habet aliquam dubitationem, † cum ad consuetudi- 34  
nem non ſufficiat tacitus populi conſensus, ſed etiam  
cursus temporis requiratur, ut colligitur ex d. l. 1. & 2.  
& d. c. fin. ubi omnes, maxime vero Bald. & Barb. col.  
pen. & Curt. d. ſect. 4. n. 38.

Quot vero actus in ſpecie requirantur ad conſue-  
tudinem, quamvis variis varia dicant, ut patet ex rela-  
tis per Menoch. de arbitrar. judic. lib. 2. centur. 1. cas. 81.  
num. 2. & 3. quos breviter ibi refellit, verior eſt illa o-  
pinio, quod id judicis arbitrio relinquatur, † ad quem 35  
ſpectabit conſiderare qualitates actuum, & perſona-  
rum, quæ illos actus faciunt, quæ poſt Ias. d. l. de quibus,  
n. 51. ff. de leg. Corn. conf. 179. lib. 3. & alioſ tenet Menoch.  
d. cas. 81. nu. 4. & Curt. d. ſect. 4. num. 37. quam etiam  
ſequitur Rot. decis. 72. num. 26. 2. part. in noviſſ. diuers.  
Illiud ſane attendere debet iudex, ut tot actus inter-  
ceſſerint † quoſ veriſimiliſter in notitiam populi (quod 36

idem de collegio, & quavis Universitate dicendum est) devenire potuerint, ut ex eis tacitus consensus colligatur; ita Curt. sen. d. num. 37. post Bart. Bal. & Salic. d. l. de quibus; est q. communis opinio, ut concludit Abb. d. c. fin. & ibi Barb. colum. 28. illud etiam expeditum

37 est, eos actus † debere esse interpolatos, ut post Bart. d. l. de quibus. q. 2. princip. Bal. d. c. fin. colum. 3. in princ. Butr. col. 4. Barbat. colum. penult. & alios tradit Curt. d. sect. 4. num. 38. Pariter debent esse conformes, ex observatione enim disformi consuetudo non inducitur, ut post alios tradit Rot. decis. 19. num. 6. & decis. 71. num.

38 28. & 29. 2. par. in noviss. divers. Sane † in consuetudine, de qua loquimur, hoc est, optandi, probabilissimum mihi videtur, eam induci posse per unicum actum, non modo obtentum in iudicio, sed etiam simplicem cum videatur habere causam successivam, dummodo accesserit deinde pacifica possessio quadragenaria, p. text. sing. d. c. cum de beneficio, de prob. in 6. cum aliis traditis per Curt. d. sect. 4. numero 43. & 83. & nos supra num. 31.

39 QUARTA CONCLUSIO. Non est necesse, † haec consuetudinem obtentam esse in contraditorio iudicio. Ita de qualibet consuetudine (quicquid voluerit gloss. d. c. fin. de consuet. & in cap. Abbat. in verbo contradictione, de verb. sig. quas gloss. inter ceteros secutus est Alex. conf. 136. colum. pen. vol. 2) decidit Abb. & ante eum Butr. colum. 9. & 10. optime id comprobantes, Bart. d. l. de quibus, q. 2. princ. & post eum ibi Ias. col. 12. eandem opinionem secuti sunt de communi attestantes Corn. conf. 293. colum. 3. vol. 5. Castr. d. l. de quibus, col. 2. Barbat. d. c. fin. colum. 28. Curt. d. sect. 4. nn. 34. Soc. conf. 99. col. 2. lib. 1. Turzan. opin. 153. Soarez in thesaur. recept. sent. lit. C. num. 281. & 282. & Vivi. in commun. opin. verbo consuetudo deber est obtenta; qui tamen eam in temperat, ut solum procedat in extrajudicialibus, secundum inquiens esse in judicialibus. Idem ergo erit in hac consuetudine optandi, quae etiam extrajudicialis est. Contraria tamen opinio forte locum habere posset, ubi per unicum

spicum actum velimus tam hanc, quam alias consuetudines induci, tunc enim requiretur, quod ille actus in contradictorio judicio obtentus sit, per ea qua supra tradidimus, num. 33.

QUINTA CONCLUSIO. Ad hoc ut possit induci talis consuetudo, t debent ejus juris optandi esse capaces, qui consuetudinem inducere volunt: ita de quavis consuetudine tradit gloss. in c. fin. verbo prescripta, ubi Barbat. colum. 27. & ibi Abb. in s. requisito, ext. de consuet. idem Abb. in c. quanto, ubi optimus text. eod. tit. Curt. d. c. fin. sect. 4. num. 32. Fel. in c. causam, & c. accedentes de prescript. qui etiam omnes exemplifificant in prescriptione, & consuetudine laicorum quoadjus decimandi, & concludunt ex casu non sufficere etiam immemorialem consuetudinem, & prescriptionem, de quo tamen nos latius in nostro tract. de decim. cap. 5. q. 3. & 5. An vero saltem sciente Principe possit induci consuetudo data tali incapacitate, dubitarunt aliqui: puto tamen non posse; ita Abb. ubi supra Curt. d. sect. 4. num. 33. optime Fel. d. c. accedentes & patet ex iis, que nos adducimus, d. cap. 5. q. 3. & 5. tract. de decim. idque propter incapacitatem possessionis, quae tamen requiritur ad prescriptionem iur. vulg. Ex quibus inferri potest, laicos non posse etiam per immemorabile tempus consuetudinem inducere, aut prescribere jus hoc optandi, cum ejus, sicut & beneficiorum sint incapaces, nisi t ex speciali privilegio, & dispensatione summi Pontificis, prout de jure eligendi, & conferendi beneficia tradit Curt. d. cap. fin. sect. 3. num. 36: versic. hac tamen limitatio procedit. quod vero possit summus Pontifex privilegiare etiam mere laicos, ut retineant beneficia post Innoc. & Abb. in c. quanto, de consuet. tradit Gig. d. tract. de pens. q. 21. num. 4. Poterunt tamen alii clerici inferiores canonicis, quos alii Mansionarios, alii Portionarios vocant, alii Assisios, ut patet ex tex. juncta gloss. in c. pen. de cler. non resid. in nostra ecclesia Mediolanensi Officiales nuncupantur; poterunt inquam isti hanc consuetudinem inducere, ut

& inter se optent sua beneficia, & optent etiam praebendas canonorum, prout ostendimus infra hoc eod tract. cap. 3. q. 1. immo & competere potest consue-  
 42 tudo, & jus optandi laicis religiosis, prout sunt † milites, seu equites Hierosolymitani S. Joannis, quæ sol-  
 43 ut præclarissima est † ac nobilissima inter ceteras mil-  
 litias, ita inter eas sola etiam proprium religionis no-  
 men haber, ut singulariter voluit Sot. lib. 7. de just. &  
 jur. q. 3. art. 3. idque propere solemnia vota illi cum  
 illis religionibus communia; satisque patet cum ex D.  
 Thom. 2. 2. q. 186. art. 4. ad 3. dum ait, illos vivendi mo-  
 dos, ubi est matrimonialis usus, non esse simpliciter, &  
 absolute loquendo religiones, sed secundum quid-  
 tum ex tex. in c. cum ad monasterium, in fin. de stat. mo-  
 nach. ubi inquit Innoc. 3. abdicationem proprietatis,  
 & custodiam castitatis ita esse annexam regulæ mona-  
 chali, ut contra eam nec summus Pontifex possit li-  
 centiam indulgere. Ex quibus junctis aliis, de quibus  
 per Sot. loc. tit. aperte, ni fallor, liquet, solam religio-  
 nem militarem S. Joannis inter militares propriorum  
 religionis nomine dignam esse, quicquid in contrarium  
 voluerit Navar. consil. 9. num. 6. sub tit. de his quæ vi-  
 metus ue caus. si. & latius tract. de reddit. eccles. q. 1. m  
 uit. 55. per totam, & q. 3. monit. 27. 28. & 29. ubi pro-  
 bare contendit, omnes religiones militares, etiam quæ  
 matrimonium contrahi permittunt equitibus, veras  
 religiones esse, sed quicquid sit, illud sane non obsta-  
 bit, quod hi equites laicalem habitum induant, habitus  
 enim (quodjam veteri provebio fertur) monachum,  
 44 † aut religiosum non facit, sed professio ipsa regula-  
 ris, c. contulerit qui cleric. vel voven. & o. porrectum, &  
 c. ex parte de regular. Quodcumque ergo collegium,  
 sive regularium, sive etiam laicorum capax est ex spe-  
 ciali saltu privilegio summi P̄tificis beneficiorum,  
 seu commendarum, poterit hujusmodi consuetudinem  
 optandi inducere. Hinc videmus in amplissimo  
 collegio S. R. E. Cardinalium locum habere optionem  
 titulorum, tam episcopalium, quam diaconalium, &  
 presby-

am præ. presbyteralium; ita tamen, ut semper optio intra eundem ordinem fiat. Hinc etiam in militari religione S. Joannis inductam fuisse novimus consuetudinem optandi commendas, per quam antiquiores, seu primo religionem ingressi, in eamque recepti pinguiores commendat cum vacuerint, optant, sicut antiquiores canonici meliores eligunt præbendas, quod etiam admonemus *inf. cap. sequenti. q. 1.*

**SEXTA CONCLUSIO.** Si consuetudo optandi simpliciter tolleretur ab aliqua ecclesia, vel etiam ab omnibus ecclesiis, per cōstitutionem aliquam, quamvis non posset † ex eadem causa similis consuetudo in- 45 duci, juxta tradita per *Abb. in cap. fin. num. 22. Burr. n. 53. de consuet. & ibi Curt. sect. 7. num. 4 f. mihi 43. gloss. ēn clem. statutum, de elect. Bart. & alii, l. de quibus, nu. 4. in fin. ff. de leg. Alex. post alios, in l. si non speciali; num. 4. C. de testa. ex nova tamen causa † posset, per ea, que 46 de quavis consuetudine in his terminu tradunt *Abb. d. c. fin. nu. 24. idem Abb. & alii in c. 2. de probat. Gemin. & uterq; Card. in c. frusta, 8. dist. communemq; asserit alios referens Vivi. commun. opin. lib. 1. verbo consuetudo, ex nova causa, vel si † expressus cōsensus Principis 47. interveniret, in inducenda hujusmodi consuetudine: ita *Burr. d. cap. fin. nu. 53. Gemin. in summa 11. distinct. Jo. And. in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. num. 14. dicentes, tunc valere talem consuetudinem contra legem eidem consuetudini etiam futuræ derogantem. Quod si lex de futura consuetudine mentionem non facit, sed simpliciter † tollit præteritam, vel intro- 48 ductam, tunc consuetudo inducta post legem ipsam eidem legi derogaret, ut singulariter tradit gloss. pen. d. clem. statutum, de elect. Anch. c. 1. de constit. in 6. ad id alia adducens, quod idem sentire videtur *Burr. d. n. 53. & alii plerique quos refert Tiraq. de utroq; retract. in prefat. num. 17. quamvis contrarium tenere viden- tur Bal. in l. dudum C. de contrah. empt. Bart. l. fin. ff. de leg. 2. Abb. d. c. 2. num. 7. de probat. & alii quos refert Vi- vi. d. lib. 1. commun. opin. verbo consuetudo etiam futu-****

78. & Tiraq. in d. prefat. num. 18. qui tamen intelligendi sunt, vel, cum sit absolute expressa reprobatio consuetudinis, vel, quando præterita damnatur tanquam irrationalis, & iniqua, prout intelligunt, inquit Tiraq. num. 19. fere omnes, qui de hac re loquuntur.

An vero hæc eadem consuetudo optandi extendatur tanquam favorabilis de uno ad alium casum, deque una ad aliam personam, dicemus Deo bene juvante inf. cap. 4. q. 3. Nunc ad 3. & postremam hujus capitis quæstionem veniamus.

Quæro TERTIO, An, & quomodo possit per statutum induci jus optandi?

49. Et sane, quod statuto induci possit & jus hoc optandi, clarum est, quamvis enim nullus de hoc textus reperiatur, est tamen de hoc ni fallor communis opinio, quam tenet gloss. in c. fin. verbo consuetudo, in fin. & ibi ceteri communiter de consuet. in 6. Milus in Repertoriu in verbo consuetudo, & statutum optandi. Nicol. Delphin. tract. de jure patr. num. 157. Gig. de pension. q. 63. num. 8. per Butr. in c. fin. colum. 26. ext. de consuet. neque aliquem in hoc reperio contradictem, & satis colligitur ex tex. & ibi not. per gloss. & Doct. in c. 1. de constit. in 6. ubi statuta, & consuetudines particulares locorum exæquantur, quem etiam text. ad hoc allega gloss. d. c. fin. verbo consuetudo, de consuet. in 6. Poterit autem id facere Episcopus quoad beneficia spectantia 50. ad ejus collationem; secus autem & in spectantibus ad alios, ne facto Episcopi aliorum jus ledatur, ut post Mil. 51. loc. cit. optime adnotavit Gig. d. num. 5. Alii tamen & inferiores collatores non poterunt tale statutum condere ex defectu potestatis, ut tradit ibid. Mil. cum, ut 52. supra quoque admonuimus, ad statuta condenda & requiratur Episcopi auctoritas, in iis præsentim, quæ cōcernunt statum ecclesie; quod etiam tradit Abb. in c. edoceri, colum. 2. de rescript. & Innoc. in c. constit. n. 1. de rescript. & post eundem Abb. late probat Fel. in c. cum omnes, nu. 7. 10. & 11. de constit. & tradunt etiam Doct. d. c. 1. de constit. in 6. Et licet hæc vera sint, duo tamen

hæc

hac in re non modicam difficultatem faciunt. Primo, quia illud certum est, non posse Episcopum, seu alium inferiorem contra canones statuere, † ut est textus in 53 Clem. ne Romani, de elect. c. quod super his de major. & obed. cum simil. quam regulam inter alios firmat Rom. in l. 1 ff. de jurisd. omn. jud. Fel. d. c. quod super his, nu. 2. Alber. de Rosat. in prima part. statut. q. 7. vers. quid si statutum, Duen. reg. 250. & Henr. Bot. tract. de synod. episc. concl. 8. art. 1. à num. 30. ad 90. Si ergo firma etiam illa conclusio est, quam supra probavimus, facultatem optandi esse contra jus, quod etiam voluit Calder conf. 3. & 7. in tit. de consuetudine, quomodo validum erit statutum hoc de oprando. Rursus, si illud etiam verum est, † non posse Episcopum, seu Præla- 54 tum præjudicare juribus ecclesiæ suæ, ut inter ceteros tradit gloss. sig. in §. fin. 16. q. 6. Innoc. & alii in c. fraternitatem de donat. Bal. in c. potuit, de loc. & est text. in d. c. fraternitatem, & in c. cum nostris, de concess. præbend. cum similib. quomodo poterit renunciare huic juri suo, nimirum collationi præbendæ vacantis, atq; adeo tam grave præjudicium monti dignatum, & ecclesiæ suæ inferre.

Breviter ad primam difficultatem responderetur primo, eam locum non habere in optione, quæ sit, ubi præbendæ non sint distinctæ; ea enim non est contra jus, ut superius diximus, unde poterit de ea fieri statutum per Episcopum. Secundo responderetur, Prælatum & Episcopum posse statutum condere † contra 55 canonem, & ecclesiæ suæ præjudicare, quando agitur solum de jure quærendo, prout tradit Fel. d. c. quod super his, num. 5. & probare potest tum ex cap. cum dilectus de consuet. ubi jus confirmandi Prælatum in ecclesia subiecta, quod alioqui de jure spectat † ad Episcopum tanquam superiorem, cap. 3. & c. suffraganeis, de elect. per statutum Episcopi ad alium spectat, tum ex communi illa doctrina, quod Prælatus † præjudicare 57 potest ecclesiæ suæ in quærendis nō in quæsitis, quare late inter alios probant, Fel. in c. quæ in ecclesiaturum, col.

## 25 ALEX. MONET. TRACTAT.

17. de constit. & Barbat. in rubr. & in c. ut super, de rebus eccles. non alien. quod vero agatur hic de jure quærendo, paret tum ex exemplo d. c. cum dilectus, tum quia, quod Episcopus conferat, pendet à futura vacatione. Responderetur tertio, valere statutum Episcopi, & cleri-

58 corum contra canones † quando disponit in materia, in qua induci potest consuetudo canone specialiter permittente, prout post Calder. voluit Alex. consil. 106. incip. perspectus, vers. 9 probatur volum. 2. & Feder. de sen. cons. 17. num. 10. vers. non obstat quod quinto loco; licet eos aliter intellexerint, & male, Fel. d. c. quod super his, num. 10. & Curt. d. c. fin. ext. de consuet. sect. 3. num. 24. id autem est in casu nostro, nam tex. d. c. fin. de consuet. in 6. expresse approbat consuetudinem optandi.

Ad alteram difficultatem respondeo primo, modicum id esse præjudicium; Episcopo namque non suffertur potestas conferendi præbendam; poterit enim conferre non optatam. Secundo, quod poterit Episcopus id statuere † saltem ad tempus, hoc est, ad vitam suam, juxta not. per gloss. in c. 2. de his, que si. à pral. fin. cons. Cap. & Doct. in c. dudum, de reb. eccles. non alien. in 6. & in hac specie ita tenet Mil. in Repert. verbo consuetudo, & statutum optandi, ubi id limitat † nisi de consensu Capituli hoc statuisset, tunc enim statutum 61 hoc perpetuum erit. Tertio, posse Prælatum † etiam aliqua bona ecclesiæ donare loco religioso, ut est text. 62 in c. Apostolica de don. multo vero magis † Capitulo suæ ecclesiæ, gloss. in clem. 2. de rebus eccles. non alien. 63 in verbo ecclesiam, præsertim vero † ex causa remunerationis, ut post Lap. in c. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. voluit Mil. in Repert. verb. pralatus etiam, & ver. pralatus non potest, optimus tex. in c. ceterum, de don. & ibi 10. An. gloss. in c. 2. eod. tit.

## SUMMÆ RERUM.

¶ Optio locum non habet regulariter in aliis beneficiis, quam canonicatibus.

¶ Erw.

- 2 Erubessimus sine lege loqui.
- 3 Præbendæ nomen propriæ solum locum habet in ecclæsiæ collegiatis.
- 4 Consuetudo, vel statutum optandi potest etiam locum habere in collegio Mansioniorum.
- 5 Ius optandi potest locum habere in quovis sacro collegio, in quo singulus provideretur de beneficio aliquo, seu commenda, ut in militia S. Ioannis Hierosolymitani.
- 6 Clerici, & presbyteri simplices in aliqua ecclesia non possint optare canonicatus, & canonicæ dignitatis.
- 7 Domus optari possunt ex communis opinione Doctorum.
- 8 Domus an, & quomodo sūt annexa præbenda.
- 9 Consuetudo optandi domos inducitur spatio decem annorum, & eur. num. seqq.
- 10 Domus canonicalis fere nihil habet spiritualitatis, sicut præbenda.
- 11 Aedes, seu domus canonicales per se non conferuntur.
- 12 Consuetudo optandi domos in ecclesia Mediolanensi antiquissima.
- 13 Oprio locum non habet in præbendis apud sedem, sem in curia vacantibus.
- 14 Grossi fructus, qui à præbenda & distributionibus distinguuntur, si obtentis fuerint per canonicum in curia defundit, optari eo defuncto non possunt.
- 15 Derogatio specialis consuetudinis, seu statuti etiam jurati de optando non requiritur, ubi alicui prævideatur de præbenda in curia vacante.
- 16 Vacare in curia, & apud sedem paria, immo idem sunt.
- 17 Vacare in curia, & esse reservatum beneficium idem non sunt; sed hoc habet se ut genus ad illud.
- 18 Vacare in curia dicitur beneficia ad Romanam curiam

- curiam accidentium, ab eave recessentium, si in ea, vel prope eam ad duas diatas decedant.
- 29 Vacare in curia beneficium dicitur, si duobus in Romana curia super beneficio sibi collato litigantibus uterque, vel utroque moriente alter, qui est possessor, in curia decedat. Idem si alter tantum sive possessor, sive petitor incuria decesserit, cum ad illum superstite causam prosequente declaratum fuerit pertinuisse beneficium, numer. 20. Immo idem erit, si eorum alter in curia, alter extra neutro possidente decesserit, num. 21. Aut etiam utroque possidente similiiter decesserint, numero 22.
- 23 Beneficia curialium, qui etiam sede vacante ad locum per duas diatas Romana curia proximum, ubi domicilium non habent, quavis de causa recessunt, ibi moriuntur, vacare dicuntur in curia.
- 24 Vacare in curia dicitur beneficium per obitum in curia curialis habentis ibidem originem, ibi morantis occasione curia, aut ibi habentis perpetuum domicilium, seu domum etiam conductam, num. 25.
- 26 Curialium nomine quinam comprehendantur.
- 27 Beneficia curialium decedentium in itinere dum sequuntur recessentem curiam; Vel in loco, unde recessit curia, quam sequi propter infirmitatem non potuerunt, vacare dicuntur in curia, num. 28.
- 29 Vacare in curia dicitur beneficium per obitum legatorum, ac nunciorum sedis Apostolicae intra duas diatas a curia distantes decedentium. Aut etiam ubicunque durante legatione, ac negotii illius prosecutione num. 30.
- 31 Beneficia qualibet S. R. E. Cardinalium, & quorumcunque officialium ubicunque decedentium, vacare dicuntur in curia. De Prothonotariis numer. 32. De collectoribus, & subcollectoribus, num.

DE OPTIONE. CAP. III.

29

- num. 33. Idque procedit, quamvis officiales postea esse desierint, num. 34.
- 35 Beneficium semel affectum semper manet affectum.
- 36 Vacare in curia, seu apud sedem dicitur beneficium, per privationem, seu depositionem factam in curia. Item per resignationem ibidem factam, numero 37.
- 38 Beneficium vacat in curia, vel potius est reservatum per adoptionem secundi incompatibilis, & num. 50.
- 39 Vacare in curia dicitur beneficium per translationem, consecrationem, electionum cessationem, postulationum repulsionem, & similia in curia facta.
- 40 Extravagans ex debito, quæ est Ioan. 22. de elect. in commun. & extravag. Ad regimen, quæ est Be-  
nedicti XI. de præb. in commun. expirarunt mor-  
te illorum Pontificum, sed renovantur per regulas cancellaria.
- 41 Optio locum non habet in beneficiis quomodo cunque sive generaliter sive specialiter reservatis. Quod tamen temperant aliqui, ut solum procedat ubi specialis reservatio sit motu proprio non ad instan-  
tiam. num. 42. Item ubi specialis reservatio sit de beneficio certo non autem incerto. num. 43.
- 44 Reservatio duplex est, altera generalis, specialis al-  
tera.
- 45 Reservatio mentalis quid sit, & an sic in usu, & quid de individua, seu specialissima. num. 46.
- 47 Reservatio specialis à generali in quo differat.
- 48 Reservata sunt quævis beneficia in curia vacan-  
tia.
- 49 Beneficia cardinalium, & officialium potius dicun-  
tur simpliciter reservata, quam vacantia in cu-  
ria. Idem in vacantibus per adoptionem alteris incompatibilis. num. 50.
- 51 Manus apposito affectio dicitur, & inducit quan-  
dam

¶ ALEX. MONET. TRACTAT.

- dam reservationem, & quando. 71
- 52 Reservata sunt beneficia vacantia per promotionem ad episcopatum, & quando ea vacent de jure, seu etiam de stylo Romana curia. num. 53. 73
- 54 Beneficia familiarium Papa; nec non & familiarium S. R. E. Cardinalium sunt reservata. 74
- 55 Dignitates omnes pontificales; nec non & maiores post pontificalem in cathedralibus, & principales in collegiatis sunt reservata. 75
- 56 Beneficia vacantia in mensibus Apostolicis sunt reservata, & qui menses illi sint. 76
- 57 Alternativa mensum, ejusq; effectus remissive. 77
- 58 Reservationis beneficiorum materia remissive. 78
- 59 Optio locum non habet in præbendis vacantibus in curia, quæ per alium, quam pontificem, aut ex ejus facultate conferuntur. Ex quo inferitur ad habentes indulsum, num. 61. secus vero erit in vacantibus in mensibus Apostolicis, eaq; sola ratione reservatis, num. 63. 79
- 60 Dicuntur cum posita inter diversas orationes stat potius demonstrative, quam taxative. 80
- 62 Indulsum beneficiorum reservatorum non comprehendit vacantia in curia, nisi id in specie exprimatur. 81
- 64 Indulta beneficiorum maxime vacantium in mensibus reservatis, non ampliant gratiam. 82
- 65 Optio locum fortasse habere potest in beneficiis vacantibus in curia, si intra mensem per Papam non conferantur. 83
- 66 Beneficia vacantia in curia si non conferantur intra mensem à Papa, possunt conferri per ordinarium collatorem: secus in devolutis ad Papam. num. 68. aut alias reservatis. num. 69. 84
- 67 Sede vacante potest ordinarius beneficia simplicia vacantia in curia post mensem conferre. 85
- 70 Cap. statutum, de præben. in 6. correctum fuit, cuius tamen contrarium aliqui tenent. numero 72. 86

71. Con-

- 71 Constituio posterior contraria tollit priorem, licet ea mentionem non faciat.
- 73 Beneficia reservata per alternativam optari non possunt.
- 74 Optio locum non habet in beneficiis resignatis in curia.
- 75 Beneficia reservata optari possunt ex speciali consuetudine super hoc inducta.
- 76 Optio locum habet in beneficiis devolutis ad Papam ex negligentia inferiorum, & in iis qua Papa ordinario jure confert. num. seq.
- 77 Beneficia devoluta quomodo dicantur conferri per Papam jure ordinario, ubi infertur ad beneficia degentium, ac decedentium in curia, qui curiales non erant, neq; ibi occasione curia morabatur.
- 78 Tempus sex mensium ad conferendum ordinario currit a die scientia vacationis.
- 79 Scientia presumta sufficit in casu Clem. I. de praebend. non autem in tempore optandi, aut conferendi beneficium.
- 80 Episcopus potest extra propriam diocesim constitutus, sua beneficia conferre.
- 81 Praebenda alicuius si reservetur, & ille optet aliam, quanam censeatur reservata remissive.
- 82 Beneficia juris patronatus optari non possunt.
- 83 Reservatio non comprehendit beneficia juris patronatus, maxime laicorum, etiam si ad sint illa verba, ad cuiuscunque provisionem, presentacionem, dispositionem, &c. num. 84. immo licet beneficium sit mixtum juris patronatus clericorum, & laicorum. num. 85. aut clericis competentis ratione bonorum patrimonialium. num. 86.
- 87 Reservatio comprehendit beneficia juris patronatus ecclesiarum; aut etiam laicorum ejus competentis ex privilegio, vel prescriptione. num. 88.
- 89 Beneficia juris patronatus laicorum possunt specialiter, & expresse reservari.

32 ALEX. MONET. TRACTAT.

- 90 Iuri patronatus laicorum potest expresse derogari. 112  
91 Beneficia juris patronatus optari possunt accedente  
consensu patroni, vel si specialis consuetudo indu-  
das sit, ut ea quoq; optentur. num. 92. 112  
93 Iuri patronatus prescribitur spatio 40. annorum. 113  
94 Optio locum non habet in permutatione seu benefi-  
ciis, qu& permutantur, nisi de hoc specialis consue-  
tudo sit inducta. num. 97. 113  
95 Actus agentium non operantur ultra eorum inten-  
tionem. 113  
96 Prabenda resignata in permutatione alteri, quam  
uni ex permutantibus conferri non potest. 113  
98 Prabenda Theologalis, Poenitentiaria, vel alia simi-  
lis onus aliquod annexum habens optari non po-  
test. Hujusmodi enim prabenda conferenda sunt  
certis personis qualificatis. num. 99. 113  
100 Minor prabenda, qua tamen sit magis grata, opta-  
ri potest, quod latius probatur, num. 107. & seqq.  
Contrarium alii tenent. num. 101. quod confir-  
matur. num. 104. 105. & 106. Alii distinguunt  
num. 102. qua tamen distinctio refellitur. num-  
ero 103. 113  
104 Prescriptio non extenditur nisi ad id, quod est pos-  
sessum. 113  
105 Consuetudo non extenditur, quod explicatur. num.  
111. & 112. 113  
106 Ascensus ad maiorem dignitatem permittitur, non  
descensus ad minorem, quod explicatur. num-  
ero 1015. 113  
107 Favore alicujus inductum non debet in ejus odium  
retorqueri. 113  
108 Minus licet, cui licet & plus: & melius est, quod  
est magis gratum. 113  
109 Restitutio in integrum etiam ecclesia non datur,  
nisi ob magnam lesionem. 113  
110 Restitutio conceditur propter amissum interesse ve-  
ritatis, & affectionis. 113  
111 Consuetudo extenditur. 113

112 Pra-

- 112 Præscriptio, & consuetudo extenduntur ad casus omnino similes.  
 113 Melius est quod est magis gratum.  
 114 Mandatis diligenter sunt custodiendi.  
 115 Major, vel minor dignitas quando successively possint obtineri, & inter eas ascensus, vel descensus detur.

## C A P. III.

*Quibus in rebus, ac beneficiis locum  
habeat Optio.*

QUARE PRIMO, An in aliis beneficiis, quam canoniciatibus locum habeat optio?

Respondeo breviter, + quod non, cum quia nulla de hoc est lex, neque doctrina Jurisconsultorum; erubescimus autem + sine lege loqui, §. optimum, utique, <sup>1</sup> Auth. de non elig. sec. nub. col. 1. & §. consideremus Aut. de trient. & semiss. col. 3. c. illa, ne sed vac. & c. 1. de suppl. neglig. pral. in 6. cum simil. tum quia optio inter plures datur: plura autem simul beneficia solum sunt in ecclesiis collegiatis, ut supra cap. 1. q. 1. adnotavimus, tum demum quia, cum text. d. c. fin. de consuet. in 6. ibique & alibi Doct. de optione beneficiorum loquuntur, operari præbendam vacantem dicunt, optionemque vocant præbendarum: nomen autem præbendæ cum de beneficiis loquimur, proprie solum + locum habet in ecclesiis collegiatis, ubi adsunt canoniciatus, personatus, ac dignitates, ut patet ex toto fere tit. de præben. & concess. præben. & ibi not. per Doct. in rubr. & per aliquos, in c. cum M. Ferrariensis de constit. Non negaverim tamen, hanc consuetudinem, seu statutum optandi posse etiam locum habere + in collegio aliquo man-<sup>4</sup> sionariorum vel aliorum portionariorum beneficia- riorum in aliqua ecclesia, ut in specie voluit Abb. consil. 159. nu. 9. 19. & 20. eo quod eadem sit ratio, & tex. d. c. fin. loquendo de canoniciis non disponit, sed supponit in illis hanc consuetudinem. Quin etiam poterit lo-

C

qum

Y

5 cum habere † in sacro aliquo collegio, piave universitate, ubi singulis providetur de beneficio, vel commenda, ut in militiis equitum; sic videmus in religione Hierosol. S. Joannis, antiquiores in receptione optare pinguiores commendas vacantes: ita etiam novimus in illustrissimo collegio DD. Cardinalium antiquiores in eodem ordine optare vacantem titulum. An vero etiam induci possit consuetudo, ut clerici, & presbiteri simplices, qui quodammodo sunt de corpore aliquius ecclesie, optent canonicatus vacantes, & canonici dignitates. Probabile videtur † quod sic, cum nihil repugnet eorum, quae supra adduximus: semper enim optatur praebenda ab iis, qui sunt de ecclesia collegiata; & ita in terminis tenet Thom. Zerol. in Prax. Episc. verbo canonica, versic. ad 7. & Abb. d. conf. 159. n. 18. & 19. Quibus etiam addi possunt, quae dicimus infr. cap. s. quæst. 2. concl. 1.

Quæro Secundo, An possit optari domus canonica?

7 Respondeo, certum esse, † quod sic: Quamvis enim de hoc non sit textus expressus, id tamen aperte tenet gloss. d. c. fin. in verbo consuetudo, & ibi Archid. Gem. Butr. & alii, de consuetud. in 6. Bellam. decis. 63. num. Compost. c. ult. gl. 1. ext. de consuet. Prob. ad Jo. Mon. d. c. fin. num. 28 eod. tit. in 6. Abb. d. conf. 159. num. 18. & 21. Rebus. tract. de pacif. possess. num. 140. Licet enim 8 domus praebenda non sit; tamen vel est † annexa praebenda, ut aliquibus in locis, & in ecclesia Mediolanensi ædes sunt annexæ dignitatibus ex fundatione & institutione illustriss. æt. mem. Caroli Cardinali Borromsi, vel certe sunt accessoriae ad praebendas quare sequi debent eorum naturam, jur. vulg. ut colligitur ex Card. conf. 16. num. 1. & 2. ubi etiam cum num. seqq. supponit, quod seclusa reservatione, & contratu constitutione, praebenda optata censeatur etiam oportata praebenda; ubi autem praebenda sit reservata, & per Papam conferatur, censeatur etiam collata domus, neque locum habeat optio. Ea vero consuetudo sicut. indu.

inducitur † spatio decem annorum, cum non sit contra ius, neque domus aliquid habeat † spiritualitatis sicut habent præbendæ distinctæ, quod *inf. cap. 7. q. 1.* melius demonstrabitur, neque præjudicatur juri episcopali, seu alterius collatoris, cum ædes † perse non conferantur, juxta deducta superius *cap. præcedenti, q. 2.* idq; in specie tradit Bellam, *decis. 63. nu. 4.* ex mente Compost. d. c. ult. in *gloss. 1. ext. de consuet. referentis,* summum Pontificem aliquando declarasse consuetudinem † optandi domos in Ecclesia Mediolanensi per 25. annos obtentam valuisse, quod & nos semel, *d. q. 2.* admonuimus. Ex quo patet, consuetudinem optandi domos in hac nostra ecclesia Mediolanensi antiquissimam esse, sicut etiam antiquissima, & immemorabilis est consuetudo optandi præbendas. An vero in optione domorum attendatur distinctio ordinum, aliquid dicemus, *inf. cap. 5. quæst. 2. concl. ult.*

**Quæro TERTIO.** *An optionem locum habent in beneficiis vacantibus apud sedem, seu alias quomodo cuncte reservatus?*

**PRIMA CONCLUSIO.** Optio † locum non habet in beneficiis seu præbēdis in curia, seu apud sedem vacantibus. *tex. est d. c. fin. vers. in præbendis vero, ubi gloss. & Doct. de consuet. in 6. iæmæ, notavit Gig. d. tract. de pension. q. 63. Rot. decis. 4. tit. de consuet. in no. Caputq. decis. 373. beneficia lib. 1. Staphil. in tract. de lit. grat, & just. tit. de vi, & effect. claus. in cap. quod incipit in super derogatur, nu. 3. fol. mihi, 286. Iacob. Card. Simon. tract. de refer. benef. q. 45. num. 1. An. Falcon. simil. tract. q. 4. effect. 1. & alii quotquot de optionibus aliquid scripserunt. Id quoq; habet locum † in grossis fructibus (qui à distributionibus, & præbenda distinguuntur, ut patet ex Doct. in cap. unico, de cler. non resid. in 6. Calder. conf. 21 tit. de præben. & Paris. conf. 32. vol. 4. Fel. in c. Iacobus de Simon. ) illi enim si obtenti fuerint per canonata, & nicum in curia defunctum optari non possunt, quamvis redirent ad Capitulum, ut tradit Rot. decis. 4. de consuetudo suet. in no. dicens, ita fuisse declaratum per Greg. x. 1.*

quam sequitur Franc. in c. fin. vers. in præbendis, num. 3.  
de consuet. in 6. Staphil. loco mox. citan. Mil. in suo Re-  
pert. ver. consuetudo optandi sicut non potest, post Rom.  
cons. 289 Gig. de pension. q. 63. num. 10. Franc. Marc. de-  
cisi. Delp. 1268. 1. par. Neque tunc ubi nimis de hu-  
jusmodi præbenda in curia vacante alicui providea-

15 tur, opus erit specialiter derogare consuetudini † de  
optando, sed sufficiet generalis derogatio statutorum  
& consuetudinum, cum earum præbendarum libera  
dispositio spectet ad summum Pontificem, c. licet, de  
præbend. in 6. & d. c. fin. eod. lib. cum simil. & ita in spe-  
cie tradit Staphil. loc. cit. Talis enim derogatio ex-  
tendetur ad quævis statuta etiam jurata, ut post Rot.  
decisi. 12. de rescript. incip. nota si aliquid in antiqu. docet

16 Staphil. ibid. Paria vero, immo idem sunt vacare † in  
curia, & apud sedem, ut patet ex c. 2. juncto cap. statu-  
tum, de præben. in 6. & not gloss. & Doct. ibid. & d. c. fin.  
de consuet. in 6. But. decis. 36. lib. 2. Simon. d. tract. q. 30.  
num. 2. & alii passim, licet Covar. pract. quæst. c. 36. nu. 3.  
& Gomez. reg. de tricen. possess. q. 31. in 1. art. latius distin-  
guat.

Ut autem scire possimus, quibus in præbendis lo-  
cum habeat opio, videndum est hoc breviter, quia  
nam beneficia dicantur vacare in curia: sequenti veri  
conclusione recensebimus alios præcipuos reserva-

17 tionis modos: neque enim idem est, beneficium † esse  
reservatum, & vacare in curia, ut male & absq; funda-  
mento voluit Calder. cons. 9. tit. de præben ad fin. Sed re-  
servatio habet se ad vacationem in curia, sicut genu  
ad speciem, ut patet ex Franc. c. statutum, num. 5. de pri-  
ben. lib. 6. Bellam. decis. 654. Rot. decis. 4. num. 1. de pri-  
ben. in no. Simon. d. q. 30. post Lap. alleg. 84. nisi large  
modo sumere velimus vacationem in curia, seu apud  
sedem, quasi idem sit, atque ita vacare, quod eorum  
beneficiorum dispositio ad Romanam sedem perti-  
near.

Primus ergo vacationis modus in curia est per obli-  
18 cum † cuiusvis beneficiati ad Romanam curiam ve-  
nientis.

pientis, ab eave recedentis, si in ea decebat, vel prope eam intra duas diætas legales, ut disponit tex. in c. praesenti. de præben. in 6. hoc est, per 20. leucas, seu 40. milliaria, ut exponit ibi gloss. & Dd. per tex. in l. vice-na millia, ff si quis caution. Idem disponitur in extrav. ad Regimen Bened. xii. & est 13. tit. de præbend. & dig. inter commun. vers. nec non quomodolibet. Idem quoque dicendum est, si duobus † in Romana curia 19 super beneficio sibi collato litigantibus uterque, vel utroque moriente alter, qui est possessor, in curia decebat: idem si aliter tantum sive possessor, sive petitor, in curia decesserit, cum ad illam † super stite causam pro- 20 sequente declaratum fuerit pertinuisse: his enim casibus tale beneficium collationi summi Pontificis reser- vatur, & in curia vacare dicitur. Clem. unica, & ibi gl. & Doct. ut lit. pend. immo idem erit, † si eorum alter 21 in curia alter extra decessit, neutrō possidente: erit enim tunc Romanus Pontifex propter auctoritaris prærogativam in collatione præferendus, ut ibid. di- citur versic. neutrō autem, quod ibi extendit gloss. & Doct. ubi uterque possideret, † sed propter mortem 22 declarari non poterit, ad quem de jure beneficium per- tineret.

Secundus est in beneficiis curialium, † qui etiam 23 Romana sede vacante, quavis de causa ad locum per duas diætas vicirum secedunt, ibiq; moriuntur dummodo eo in loco (etiam si erat ad ipsam curiam rever- surus) earum domicilium seu domus propria non exi- stat. Ita etiam disponitur d. c. praesenti, fereque idem habetur in d. extrav. ad regimen. vers. ac etiam simili modo.

Tertius est per obitum † in curia curialis habentis 24 ibidem originem, ibique morantis occasione curiæ, ut dicitur in d. c. praesenti versic. sane si quis, quod idem erit, † si non originem, sed perpetuum domicilium, 25 seu domum etiam conductam in curia habeat, ut ibi probat gloss. in verbo, originis. Quis autem compre- hendatur nomine † curialium, quod ad reservationem 26

C 3 spectat,

## 38 ALEX. MONET. TRACTAT.

spectat, videndus est Mandos. reg. 5. cancellar. q. 1.

27 Quartus per obitum † curialium decedentium in  
28 itinere, dum sequuntur recessum curiam, vel † in  
loco, unde recessit curia, quam sequi propter infirmita-  
tem non potuerunt, & hoc quantumcunq; locus, ubi  
decedunt, remotus sit ab ipsa curia: ita habetur in d.c.  
presenti, versic. porro & in reg. 5. cancellaria.

29 Quintus per obitum † legatorum ac nunciorum  
sedis Apostolicæ, intra duas diætas legales ab ipsa cu-  
ria dictantes decedentium, ita disponit ex. d.c. presen-  
30 in princip. Immo etiam idem erit † si dicti nuncii ac  
legati ubilibet decedant, ante ipsorum ad curiam re-  
ditum, durante legatione & prosecutione negotiorum  
illis à sede Apostolica demandatorum, prout additum  
fuit, in extravag. Io. 22. ex debito, vers. rursus hujus no-  
stra, que est 4. sub titu. de elect. in commun. & in d. extra-  
vag. ad regimen in versic. ac per obitum, ubi etiam id ex-  
tenditur ad Rectores, & thesaurarios in terris Rom.  
ecclesiæ.

31 Sextus est in beneficiis † quibuslibet S. R. E. Carde-  
nalium, & officialium, ut cancellarii, notariorum, ab  
breviatorum, collectorum, & aliorum quorumcunq;  
sedis Apostolicæ ubicunque decedentium: ita habetur  
in d. extravag. ex debito. versic. episcopal is in super, &  
extravag. ad regimen, d. versic. ac per obitum. De pro-  
32 thonoratiis † late Simon. d. tract. q. fin. Mandos. ad i-  
reg. Cancell. q. 7. & 8. De collectoribus & subcollecto-  
33 ribus † ast reg. 4. Cancell. ubi inter alios glossat. opti-  
me Mand. Bellene. tract. de char. subsid. q. 115. & sequi-  
34 Simon & Add. loc. infr. citando. Idq; procedit licet † of-  
ficiales postea esse desierint, ut in d. Reg. habetur, cum  
35 beneficium semel affectum † semper duret affectum,  
ut tradunt D. de Rot. decis. II. 13. 14. 15. de probend. in an-  
tiq. 20. in antiquior. Anch. cons. 138. prope fin. Simon.  
d. tract. q. 33. num. 4. & 5. Secus vero erit in acquisitiis  
post dimissionem officii, ita post Bellam. in c. cum in  
distribuendus de temp. ord. tradit Rebus. in Praxi benefi-  
ciis. de reservu. num. 25. ubi alias limitationes tradit ad  
hunc

## DE OPTIONE. CAP. III. / 39

hunc casum, & patet ex regula cancella ubi Mandos. & alii.

Septimus per privationem, seu depositionem † fa- 36  
ctam in curia; id ipsum habetur d. extravag. ex debito,  
versic. hujusmodi autem & d. extrav. ad regimen, vers.  
nec non & not. Rot. de re judic. decis. ult. in antiquior. &  
late tradit Simon. d. tract. de reserv. benef. c. 39. post. Fran.  
d. c. praesenti, §. sane, & alios. Erratio est, quoniam eo  
in loco dicitur vacare beneficium, ubi sit privatio, ut  
post Rot. decis. 31. de prebend. in antiqu. & alios fuisse prose-  
quitur Granue. in Addit ad Simon. ubi supra.

Octavus per resignationem † in curia factam, ut 37  
disponitur in dd. extravag. loc. cit. idque licet resigna-  
tio ibidem fiat in manibus ordinarii, vel constitutio  
procuratoriis ad resignandam alibi facta sit, ut tenet.  
Rot. de rer. perm. decis. 1. num. 5. in no. probatq; Simon.  
d. tract. c. 28. quem videre poteris cum ibi Add. Flam. Pa-  
ris. de resig. benef. lib. 2. q. 20. n. 7.

Nonus per adoptionem † secundi incompatibilis, 38  
ut patet ex iisdem extravag. nec non ex Joan. 22. in ex-  
travag. execrabilis, de prebend. in com. Simon. d. tract. q.  
26. num. 1. ubi etiam dicit, fuisse suis temporibus regu-  
lam cancell. 64. & num. 5. sed nunc est reg. 1. in qua re-  
novantur omnes reservationes, de quibus in d. extrav.  
execrabilis. Subditque id procedere sive ex juris dispo-  
sitione videntur, sive ex decreto Papæ. Sed hic modus  
vacationis inducit potius simplicem reservationem, si  
proprie loqui velimus, quam vacationem in curia, ut  
infra dicemus, licet Rot. large loquendo, in decis. 65 de  
rescript. in antiqu. dicat, ea beneficia vacare in curia.

Decimus est per translationem, † consecrationem, 39  
seu benedictionem, electionum cassationem, postula-  
tionum repulsionem, & similia facta in curia, ut in pra-  
eit. extravag. & late prosequitur Simon. d. tract. q. 26. & 32.  
De quibus extravag. præcipue vero † de extravag. ad 40  
regimen, quæ est Bened. xii. illud advertendum est,  
morte illius Pontificis expirasse, cum ad vitam suam  
durare voluerint, sed eam nunc per summos Pontifi-

## 40 ALEX. MONET. TRACTAT.

ces innovari, & inter regulas cancellariæ Apostolice collocari, ut d. extravag. ex debito tradit. Gemin. inc. statutum. colum. 2. de præb. in 6. de altera vero Cassad. decis. 3. de constit. Simon. d. tract. q. 26 num. 4. & q. 32. n. 2. ibi Add. adnotarunt, Rebus. d. tit. de reservat. Mandos. & alii, ad 1. reg. cancell. q. 1. & 2. Apud quos etiam, & apud Æne. Falcon. ac Gaspar. de Perus. in consimili tract. de reservat. nec non & Dd. in d. extrav. & c. 2. & c. præsenti, de præben. in 6. videre poteris alios, si qui sunt, in curia seu apud sedem, vacationis modos.

SECUNDA CONCLUSIO. Optio locum non habet + in beneficiis quomodounque reservatis sive generaliter, sive specialiter, ut voluit Rot. decis. 1. dier. perm. in no. num. 4. Mœdan. decis. 267. Pute. decis. 4. libr. 2. Franc. Marc. decis. Delph. 1271. num. 1. part. 1. Flam. Paris. de resig. benef. libr. 2. q. 20. num. 3. Anast. Germon. in moderno tract. de indult. Apost. §. etiam ex eo. num. 12. Mandos. ad cap. alleg. 84. in verbo optio Æneas Falcon. in d. tract. de reservat. 4. q. princip. effect. 5. in fin. Gig. de pension. q. 63. num. 9. Simon. d. tract. q. 45. num. 3. & ibi Add. in verbo, superfluum: idemq. voluit. Archid. in c. fin. de consuet. in 6. Collect. in c. ex tenore, col. 1. q. 6. de concess. præbend. & post Roman. cons. 24. tradit. Mil. in Repert. versic. consuetudo optandi non habet locum, il. 1. Et quamvis hæc opinio sic indistincte loquens satis probabilis sit propter tantorum patrum auctoritatem: aliqui tamen eam dupliciter temperant. Primo, ut non procedat, + ubi reservatio specialis sit ad instantiam patris: ita Gemin. & Franc. post alios d. c. fin. §. in præbendis. Card. cons. 16 ad fin. Cassad. decis. 4. num. 7. de concess. præbend. Staphil. loco supra in princ. 1. conclus. alleg. num. 4. Et eam rationem omnes si afferant quæ sunt, ambitiosa est reservatio, atque adeo restringenda juxta c. quamvis, & c. si propter sua de rescript. in 6. Secundo, ubi reservatio specialis (in gratiam nimirum alicujus) sit + non de certo beneficio sed de incerto, ut puta, quod quis duxerit acceptandum, ita post Gemin. cons. 104. juxta fin. & Franc. d. c. fin.

c. fin. in principio, versic. ultimo, voluit Simon. d. q. 45. n.  
6. & 8. & tenere etiam videtur Rot. decis. 5. de consuet.  
in no. Aliter quoque alii distinguunt, ut videre est a  
pud Falcon. d. effect. 5. & Gasp. de Perus. de reser. benef.  
quest. 2.

Jam vero videamus nunc, ut superius polliciti su-  
mus, aliquos alios præcipuos reservationis modos: seu  
quænam præcipue beneficia dicantur reservata.

Verum illud præmittendum est, dupl. t̄ esse re- 44  
servationem, altera enim est generalis, altera specia-  
lis, ut docet & late probat Rebūf. in Add. ad 2. reg. can-  
cell. in fi. Mandos. 4. q. proœm. neg. & Falcon. d. tract. de re-  
serv. q. 2. princip. Simon. eod. tract. q. 4. consulto enim  
omittio t̄ mentalem reservationem, per quam Papa 45  
reservabat aliquod beneficium in specie, vel in gene-  
re, ut personæ sibi gratæ, nomine non expresso, provi-  
deret, de qua per Simon. loco cita. num. 2. ibiq. Add. &  
Mandos. in 11. reg. cancell. q. 3. & 4. & alios, tum quia  
amplius non est in usu; immo eam simul cum quibus-  
cunque gratiis ad vacatura, mandatave de providen-  
do, & expectativis sustulit concil. Trid. sect. 24. c. 19.  
de reform. tum quia non distinguunt à generali seu  
speciali. Omitto etiam tertiam illam speciem, quam  
aliqui constituunt t̄ individuæ, seu specialissimæ, de 46  
qua per eundem Simon. d. q. 4. numer. 4. & q. 15. num. 1.  
cum ea non nisi secundum magis & minus à speciali  
distinguatur. Differt autem generalis t̄ reservatio à 47  
speciali, vel quia generalis sit, quæ per jus commune  
introducta sit, quamvis de ea mentio fiat in extravag.  
specialis vero, quæ per regulas cancellariæ, vel etiam  
extravag. ultra jus commune disponentes, ut voluit  
Cassad. decis. 3. de reservat. num. 7. Gambar. de offic. leg.  
lib. 3. nu. 121. & probare videtur Simon. d. q. 4. num. 4.  
11. & seqq. Vel potius quod illa generalis sit, quæ de  
aliquo genere beneficiorum ac personarum sit, puta  
si reservantur dignitates cuiusvis ecclesiæ, vel omnia  
beneficia officialium sedis Apostolicæ, aut certis mem-  
bris vacantia; specialis vero, quæ sit de certo benefi-

cio, aut ad favorem certæ personæ; & hoc non considerato, quod per jus commune vel per extravag. aut regulas cancellariæ, seu etiam per decretum Pontificis ea reservatio fiat, ut patet ex decis. *Rot. 28. de præben. in antiq. & 3. de rest. spol. Gemin. cons. 3. & 12. & Ægid. consil. 29. & Rebuf. in Praxi. Benef. tit. de reserv. nu. 1. usq; ad 11. & rationibus, quas d. q. 4. nu. 5. & quatuor seqq. affert: neq; satis illis facit Simonet qui tandem, num. 14. in hanc distinctionem inclinat, dum concludit, reservationes, quæ generaliter inducuntur in regulis cancell. ab Innoc. citra editis, generales esse, non autem speciales, qua de re videre poteris latius tractantem *Æn. Falcon. d. tract. de reserv. benef. quest. 2.* Nunc autem descendamus ad casus seu modos præcipuos reservationis beneficiorum.*

48 Primus ergo modus est per vacationem † in curia, seu apud sedem. Beneficia enim omnia vacantia apud curiam sunt reservata, ut patet ex rex. d. c. 2. *de præbend. in 6.* & ibi omnes Simonet. d. tract. q. 30. num. 1. & includit omnes illos decem, quos superiori conclusione recensuimus. Ex iis tamen duos puto non proprie vacationem in curia, sed simplicem reservationem in-

49 ducere, quorum alter est sextus in ordine † de beneficiis S. R. E. Cardinalium, & quorumcunque sedis Apostolicæ officialium, ubi in loco à curia distante ultra duas diætas eos decadere contingat, ut satis patet ex *Rebuf. d. tit. de reservat. num. 25. juncto num. 2.* ubi distinctos casus ponit reservationis beneficiorum officialium à vacatione in curia. Alter est nonus de vacatione per adoptionem secundi, de qua per Jo. 22. *in extravag. execrabilis, tit. de præb. in commun.* quæ etiam per primam regulam cancell. innovata est, & aliquid etiam, *in d. extravag. ex debito, & extravag. ad regimen,* quod vero hæc non sit proprie vacatione in curia, colligere est Paul. Bachin. *in Frax. reg. cancell. tit. de benef. reserv. general.* ubi & ipse distinguit tam vacationem beneficiorum Cardinalium, & officialium, quam per assecutionem alterius semper extravag. execrabilis.

lus. Sed me magis movet illa ratio, quod cum argumentum à vi vocabuli valeat, ut in hac specie in materia reservationum tradit Mandos. ad reg. 2. cancell. q. 5. num. 5. procul dubio beneficia proprie in curia, vel apud sedem vacare nō dicentur, nī vel quis in Romanacuria, vel prope eam decedat, vel aliquid circab beneficium in ea fiat, vel per beneficiatum resignando, vel per Romanam sedem puta privando, electiones cassando, postulationes repellendo; sicque dicere possumus, nec forsan male, solos quinque primos simul cum octavo ac decimo ex supra positis modis esse proprios vacationis in curia; quibus ob eandem rationem addere possumus + reservationem illam, quæ sit per appositionem manus summi Pontificis, & aliqui, ut Rot. decis. 10. num. 1. de praben. in no. & decis. 25. num. 4. de concess. prabend. in antiq. affectionem vocant, ut cum Papa beneficium aliquod contulit inhabili; vel similes casus, de quib. tex. & Doct. in c. ut nostrum, de appell. c. si eo tempore, de elect. in 6. & in extravag. ad Roman. de prab. in commun. Falcon. de reservat. benef. in Pralud. 3. & Gaspar. de Perus. quest. 10. Simon. q. 64. Mandos. in proœm. reg. cancell. q. 5. Rebuf. d. tit. de reser. num. 30. & seqq. ubi etiam ostendunt affectionem, à reservatione quid differat, nisi velimus cum Mandos. ad reg. 5. cancell. in princip. solum casum mortis in curia, vel prope curiam includere, à quo in præsentí cum communiori dissentimus. Sicque soli illi quinq; proprii erunt modi vacationis in curia; Sed quicquid sit, illud nobis sat esse debet per eos omnes ita reservari, & affici beneficia, ut regulariter non nisi per sumum Pontificem conferri queant.

Secundus reservationis modus, seu casus est eorum beneficiorum, + quæ vacant per promotionem ad episcopatum, de qua in d. extravag. ad regimen, & per Mandos. ad 1. reg. cancell. q. 15. & Rebuf. ibid. & Falcon. d. tract. q. 2. princip. & Simon q. 22. & ibi Add. ubi etiam inter ceteros tradunt, quando + beneficia hæc vacant de jure, seu de stylo Romanæ curiæ.

Tertius

54 Tertius est in beneficiis & familiariis Papæ & Cardinalium, de quibus in extravag. ad Romani, quæ est Paul. 2. & ult. sub tit. de præbend. in communi & reg. 3. cancell. ubi Rebus. & alii glossat. & Mandos. q. 17. 18. & 19. Simon. d. tract. q. 35. ibiq. Add. & Gomez. ad reg. de impetr. benef. vac. per obit. fam. Card. quæ est 32. ubi etiam Mandos.

55 Quartus est in omnibus & dignitatibus pontificibus, nec non majoribus post pontificalem in cathedralibus, ac principalibus in collegiatis valorem decem florenorum auri excedentibus, nec non prioritibus, præposituris, atq; aliis dignitatibus conventualibus, & præceptoris generalibus ordinum, quorum cunque, sed non militarium, ut disponitur in 2. & 3. reg. cancellaria, ubi Rebus. Mandos. & alii glossat. hanc rem optime pertractant. Dubium autem maximum est, quid sibi velint illa verba, quæ in fine, d. reg. 3. ponuntur, ac fel. rec. Pauli 2. Innoc. 8. Adriani 6. & Pauli 3. Romanorum Pontific. præcessorum suorum vestigiis inhærendo declaravit, dignitates, quæ in cathedralibus, vel Metropolitanis post Pontificales non majores existunt, & quæ ex Apostolicæ sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine prescripta, vel alias quovis modo in collegiatis ecclesiæ præminentiam habere noscantur, sub reservatione prædicta comprehendi debere: videntur enim hæc parti primæ adversari, in qua solum non majores post pontificalem in cathedralibus reservantur, quoad collegiatas vero videntur idem continere, quam difficultatem Rebus. removit quidem. Mandos. vero, d. reg. 3. q. 16. optime sensit, & sat congrue soluit, dicens, quod hæc ultima pars ita veniat ampliativa ad primam, quod in secunda reserventur non simpliciter, & absolute omnes dignitates non majores in cathedrali, sed illæ, quæ aliquo ex illis vel aliis modis præminentiam habent in collegiatis ecclesiis, prout dicit esse aliquas dignitates hujusmodi in Alemania. Sed quicquid sit, certe nunc saltem in Italia omnes dignitates

Car.  
qua est  
reg. 3.  
18. &  
reg. de  
ubiet.

ates tamquam reservatæ regulariter per Papam, vel Apostolica saltem auctoritate conseruntur, idque forte solum ex stylo curiæ, cum eadem solum dignitates etiam in novis regulis Innoc. ix ad Clem. viii. reser-  
vatæ sint, & est ibi quoque hac de re, reg. 3.

Quintus est de vacantibus † in mensibus reservatis, qui quidem juxta regulam cancellariæ editam à Paulo 3. erant, Januarius & Februarius, Aprilis & Maius, Julius & Augustus, October & November; et liqui vero ita ordinariis concedebantur, ut in iis possint de quibusvis beneficiis, non tamen generaliter, aut specialiter reservatis disponere; & hæc reservatio solum effectum habebat extantibus expectativis, prout ex ipsa regula videre est, & notavit inter alios Staphil. de lit. grat. & just. in prælud. Aliquibus tamen ordinariis collatoribus conceditur alternativæ measum, & quidem etiam non extantibus expectativis, prout inter regul. fel. record. Innoc. ix. nee non S. D. N. Clementis Papæ viii. videre est in reg. 8. ubi summò Pontifici reservantur quæcunque beneficia vacantia in mense Januarii, Marii, Maji, Julii, Septembri & Novembri. etiam si reservata non sint; de vacantibus vero in aliis seu mensibus extra curiam, dummodo alias dispositio- ni Apostolicæ reservata, vel affecta non fuerint, & ad eorum duntaxat, non aliorum cum eis dispositionem pertineant, Episcopis residentibus libere disponendi facultas conceditur.

De quibus omnibus alternativis † & earum effe- 57  
ctu, videendi sunt Staphil. in d. prælud. Mandos. ad reg.  
i i. cancell. q. 11. & ad reg. 27. q. 16. Pute. decis. 491. lib.  
2. & 88. lib. 5. Cassad. de rest. spot. decis. 2. Pavin. de po-  
test. Capit. sed vacant. q. 10. Add. ad Simon. d. tract. de  
reser. q. 4. 7. & 71. Fus. lib. 2. de Visit. cap. 28. & alii pa-  
sim. De aliis vero casibus † reservationis beneficio- 58  
rum, ejusque materia plenius videoas, si libet per Si-  
mon. Falcon. & Gaspar. de Perus. dd. tract. de reserv. be-  
nef. per totum. Rebus. in Praxi. benef. tit. de reservat. &  
ad 10. priores reg. cancell. ubi etiam latissime Mandos.

Cassad.

Cassad. tit. de reg. cancell. decis. 9. 34. 37. & tot. tit. de reservat. & sapius tit. de prab. Rot. tum alibi cum tit. de praben. in antiqu. fere per totum, Gomez. in reg. de trien. possess. q. 31. & Doct. int. ut nostrum. de app. c. 2. c. statutum, & c. præsenti, de praben. in 6. & in extravag. supra alleg Menoch. de arbitr. judic. libr. 2. cent. 3. casu 201. a. nu. 110. ad 128. Flam. Paris. de resign. benef. lib. 3. quest. 1. Cucc. Instit. cancell. lib. 2. tit. 7. qui est de praben. Mil. & Bertach. in suis Repertor. verbo, reservatio, & alios passim. Hic enim aliquid de hac reservationis materia artigisse sufficiat, ne omnino jejuni eam pertransire videremur, cum de option. ad cuius cognitionem ea valde utilis est, ageremus, neq; pro quavis, quæ de reservatione incideret, questio, tot alii auctores tibi evolvendi essent.

Nunc vero proprius ad rem accedendo ad sequentes conclusiones veniamus; ex quibus etiam duæ priores clariores fient.

**TERTIA CONCLUSIO.** Optio nequaquam locum † habet in beneficiis, ac præbendis vacantibus in curia, quamvis per summum Pontificem non conferantur, sed ab alio, cui commissa sit facultas disponendi de vacantibus in curia. Ita gloss. d. c. fin. in verbo, ordinatur, & ibi Gem. Franc. & alii omnes de consuer. in 6. Franc. Marc. decis. Delph. 1258. num. 4. 1. part. Neq; obstat tunc quod in textu dicitur, locum non esse huic consuetudini in præbendis apud sedem Apostolicam vacantibus, cum de ipsis per Romanum Pontificem ordinatur, quasi utrumque requiratur, & hoc postremum pro conditione ponatur, & taxative adjectum sit. Respondetur enim primo cum gloss. hic statis censeri, per Romanum Pontificem aliquid fieri, si per alium faciat, vulg. reg. qui per alium, deinde dici posse, illud cum, adjectum esse potius demonstratio-  
nis gratia, quam taxationis ex eo, quod sint † diversæ orationes, juxta not. per Castr. consil. 339. vol. 1. in no. impress. late per Fel. in c. super literis, in princ. lim. 4. & ad abundantiam, il. 2. concl. 6. de rescript. Tertio quod ubi

ubi etiam taxative adjecta sit illa dictio, & conditionem importet, id sit ad excludendum casum, de quo in sequenti conclusione, ut optime gloss. hic & ceteri adnotarunt: ex hac vero conclusione inferri potest per praedicta, Episcopum † habentem indulsum pontificium collationis beneficiorum reservatorum (dum tamen in specie † comprehendat etiam vacantia in curia, ut per textum, qui apertissimus est, *in c. 2. de prabend. in 6. docet gloss. & omnes, d. c. fin.*) ita posse conferre præbendam vacante, ut nullo modo locus sit optioni, seu consuetudini ac statuto optandi. Germ. tamen *in moder. tract. de indul. Apost. §. etiam ex eo numero 22. contrarium tenet † in beneficiis vacantibus in mensibus reservatis stante immemorabili consuetudine, optandi speciali ratione, quoniam immemorialis consuetudo vim habet & ipsa privilegii, & quia hujusmodi indulta † non ampliant facultatem conferendi beneficia, sed solum remoyent impedimenta cum alias de jure communi possint Episcopi quæcunque beneficia non reservata in corpore juris conferre; secus vero erit in reservatis hujusmodi reservatione clausa in corpore juris.*

QUARTA CONCLUSIO. Optio potest fortasse habere † locum in beneficiis vacantibus in curia, si intra mensem à die scientiæ vacationis per Romanum Pontificem non conferantur. *ita gloss. d. c. fin. verbo, ordinatur ibi post mensem, ubi Franc. Gemin. & ceteri, alia gloss. in c. praesenti, in configuratione casus, de praben. in 6. idem etiam tenet Gig. d. tract. de pension. q. 63. num. II. & Zerol. in Prax. Episc. verbo, canonia, vers. ad 7. conclus. 6. & En. Falc. de refer. q. 4. effect. 6. num. 2. Ratio illa est, quia beneficia † vacantia in curia, si per sumnum Pontificem intra mensem non conferantur à die scientiæ, ut volunt ibi antiqui Doct. vel ut Archid. à die vacationis, quod etiam voluit Gemin. post gloss. conferri possunt per ordinarium collatorem, prout disponitur in c. statutum, de praben. in 6. & not. gloss. & Doct. ibi, & d. c. fin. En. de Falcon. d. tract. de reserv. benef. 4. quast.*

quest. princ. effect. 20. Gasp. de Perus. in simil. tract. quest.  
 5. Paul. Grannuc. in Addit. ad Simon. in simil. tract. q.  
 47. nu. 14. Rebus. ad 9. reg. cancell. & in form. nov. pro-  
 vis. vers. dummodo tempore data, num. 14. ubi etiam o.  
 67 stendit, † ordinarium sede vacante simplicia beneficia  
 ante mensem conferre non posse, postea vero recte.  
 Quam quidem dispositionem, d. c. statutum, limitant  
 68 ibi Doct. ut non procedat † in devolutis ad Papam.  
 Franc. vero num. 6. & Arch. num. 3. dicit, habere locum  
 69 solum in vacantibus in curia: non autem † in iis, quæ  
 alio modo reservata sunt. Rursus gloss. in extravag. ex-  
 ercabilis, in verbo, quoquo modo de præbend. in commu-  
 nis dicit, cessare illius provisionem in reservatione, de-  
 qua in d. extravag. exercabilis, in qua reservantur be-  
 neficia vacantia per adeptiōem secundi incompati-  
 bilis cum primo, & item hoc secundum quo ipso jure  
 sunt privati, nisi illud primum circa mensem resigna-  
 verint in manibus superioris. Sed quicquid sit de jure  
 communis saltem antiquo, cōmuniis est opinio Doct.  
 quod hodie illius dispositio locum non habeat, qui  
 70 illud c. statutum † revocatum sit per extravag. ex di-  
 bito, de elect. vel per extravag. ad regimen, de præben. in  
 commun. vel deum per extravag. pia sollicitudin. quæ  
 est 1. de præben. in commun. ut patet ex gloss. i. d. c.  
 extravag. pia sollicitudinis, Jo. An. Gem. & aliis præte-  
 Archid. d. c. statutum, idem voluit Lap. alleg. 96. in prin-  
 cip. Gomez. ad reg. de trienn. possess. 9. 3 1. vers. & ideo  
 pro clariori, & Simon. d. tract. de reserv. benef. q. 30. nu.  
 2. sed dum ille alleg. Doct. in c. 2. isti eisdem, in c. præ-  
 senti, de præben. in 6. quod etiam dixerunt correctum  
 fuisse per d. extravag. pia sollicitudinis, voluerunt sem-  
 per allegare, d. c. statutum. Puto autem correctam il-  
 lam dispositionem, cap. statutum, non quia in aliqua  
 ex dd. extravag. mentio fiat de mense, quod ad rem  
 faciat, ut aliqui ex cit. Doct. voluisse videntur, cum  
 mēsis, de quo in d. extravag. pia, aperte ponatur pro tem-  
 pore, intra quod voluit Bonif. VIII. suam illam consti-  
 tutionem obligare; inquit enim, intra unum mensem à  
 data

data praesentium, sed potius, quia memores summi  
Pontifices eorum extravag. conditores, illius constitu-  
tionis seu can. statutum, qui jura omnia in scrinio pe-  
ctoris sui censentur habere, constitutiones condendo  
† posteriores, priorem, quamvis de ipsa mentionem 71  
non faciant, revocasse noscantur, ut verbis utar ejus-  
dem Bonifacii, in c. 1. de constit. in 6. Quamvis non de-  
sint etiam qui velint † d. c. statutum, non esse revoca- 72  
tum, ut patet ex iis, quos refert, & sequitur. En. Falcon.  
d. q. 4. effect. 6. nu. 1. & 3. in tract. de reserv. benef. cuius  
sententia probabilitate non caret, cum nusquam in il-  
lis extravag. neque de d. cap. statutum, neque de mense  
ulla mentio fiat.

SECUNDA CONCLUSIO. Quæ etiam ex secun-  
da cōclusione cum ibi deductis maxime vero in quin-  
to modo reservationis colligitur. Optio locum non  
habet † in beneficiis reservatis per alternativam: ita 73  
in specie tradit Paul Granut. in Addit. ad Iac. Simon.  
d. tract. de reservat. q. 45. in verbo superfluum, maxime  
vero locum habebit ubi motu proprio fiant ad late-  
tradita per Simon. & Granut loc. cit. & per nos, d. concl.  
2. multo autem magis cum per summos Pontifices in  
regulis cancellariæ, quas pro tempore edunt, tollan-  
tur atque irritentur consuetudines etiam immemo-  
rables optandi majores, & pinguiores præbendas cum  
amplissimis clausulis derogatoriis, prout de regula al-  
ternativæ à Sixto v. testatur Granut. ubi supra, & nunc  
habemus regulam 8. inter eas, quæ à S. D. N. Clem-  
ente v. 111. editæ fuerunt initio sui Pontificatus. Verum  
de hac derogatione aliquid etiam dicemus, inf. cap. ult.  
quæst. 1.

SEXTA CONCLUSIO. Optio locum † non habet 74  
in beneficiis resignatis in curia; patet ex concl. 1. in prin.  
& ex 8. modo vacationis in curia, cum ibi latius deduc-  
tis, & tenere videtur in terminis Mandos. ad reg. 34.  
cancellaria, quæ est de ann. possess. q. 50. num. 7. Paris.  
de resig. benefic. lib. 1. quæst. 4. num. 55. secus tamen erit  
si resignatio facta sit in partibus in manibus legati, ut

D optime

optime ibid. tradit *Mandos*. cum eadem non sit curia legati, & Pontificis.

75 **SEPTIMA CONCLUSIO** Potest induci † consuetudo specialis optandi etiam in beneficiis reservatis, & vacantibus in curia: ita Cald. *cons. 3. de consue. p. totum*, ubi etiam contrariis satisfacit, optima illa ratione, quod licet consuetudo sit contra ius, tamen potest etiam contra ius introduci consuetudo spatio saltem 40. annorum. Cald. sequi videntur, dum ad illum remittunt, Zerol. in *Prax. Episc. ver. canonia. vers. adi. ptimum. concl. 11. Staphil. tract. de lit. grat. tit. de vi. effect. clausul. versic. insuper derogatur, num. 5.* idem in immemorabili consuetudine aperte tradit Germos in *alleg. tract. de indul. Apost. 5. etiam ex eo, nu. 15. post Rot. Rom. in una Bonon. optionis die 9. Januarii 1579 coram R. P. D. Lancelloto nunc meritissimo Cardinali*, satisque probat, *num. 16. & seqq.* ubi etiam ostendit non obstat, quod hujusmodi consuetudo interrumpi videatur per renovationem regularum de mensibus reservatis, quia nimis ad interruptionem hujusmodi consuetudinis requiritur, quod interveniat acti illi contrarius, quæ ratio forte procederet, ubi in regulis cancellariæ non adesset expressa derogatio; & amplissima harum consuetudinum optandi.

76 **OCTAVA CONCLUSIO.** Optio locum habet in iis præbendis, quæ devolvuntur ad Papam ex negotiis inferiorum in non conferendo intra sex meses à die notitiae vacationis, *juxta textum in c. null. c. quia diversitatem, de concess. præbend.* ita in specie voluit Franc. Marc. *decis. Delphin. 1259. num. 2. 1. par. Archid. Gem. & Franc. post alios, d. c. fin. §. in præbend. de consuet. in 6. Greg. Tholos. tract. de benef. c. 39. nu. quamvis contrarium voluerit Jo. An. d. c. fin. in verbis *vacantibus*, & Add. ad Rot. *decis. 1. de rerum permis. no. num. 7.* ubi tamen perperam in contrarium allegavit Jo. An. quod & Tholos. fecit. Moventur omnes illi nobiscum sentientes, quia tunc jure ordinario confert Pontifex, quam tamen rationem refellit quidam Alex.*

Alex. de Antil. apud Gemin. d. §. in prebendis, num. 4. quia sic posset etiam fieri optio in vacantibus in curia, quæ nunc jure ordinario Pontifex, non de plenitudine confert potestatis, c. 2. & c. statutum, depraben. in 6. in quibus tamen locum non habet optio, ut supra ostendimus, ad quod nihil ibi Gemin. Replicari tamen potest, & debet, & Doctores eos, cum dicunt Papam 77. conferre jure ordinario, quando confert beneficia devoluta, non ita intelligendos esse, quasi velint, ea cōferri de jure communi; sed quia in iis summus Pontifex est loco ordinarii collatoris, & quasi in ejus locum subrogatus, illius personā repräsentat, quod non accidit in beneficiis in curia vacantibus, aut alias reservatis. Ex quo etiam incidenter infero, beneficia eorum, qui in curia morantur, originem ibi vel etiam domicilium habentes, non tamen curiales sunt, neque ibi occasione curiæ morantur, licet ibi decedant, optari posse; neque enim sunt reservata, ut patet ex cap. praesenti §. sane, de prabend. in 6. ubi gloss. & Doct. sed ea ordinario jure Papa, vel alias collator ordinarius confert; in mensibus tamen Apostolicis vacantia confert Papa tanquam reservata, ideoque tunc locum non habebit optio, juxta dicta superius, concl. 2. ad fin. Quod vero opponunt (ut ad priorem quæstionem redeamus) sibi ipsis Doctores illi, objiciunt etiam Add. ad Rot. loco cit. non posse hoc loco locum habere ullo modo optionem, quia ad optandum datur tempus 20. die- rum, ut dicitur, d. c. fin. §. ultra, & nos inf. cap. 6. quest. 1. collatio autem non potest devolvi, nisi ad minus post sex menses, d. c. nulla, de concess. prabend. Respondent autem & optime Gemin. & Franc. d. c. fin. §. in prebendis, quod aut ille, qui vult optare, fuit statim certificatus de vacatione præbendæ, & non poterit optare nisi infra 20. dies, sicque procedit objectio; aut non fuit certificatus, sed per multum temporis ignoravit, & tunc cum isti 20. dies non currant, nisi à die scientiæ, ut dicit hic gloss. & omnes, & nos infra d. cap. 6. q. 2. bene poterit optare. Quod si rursus urgeas cum Add. ubi

supra tempus opinionis currere à die vacationis nota in ecclesia, ut dicere videtur gloss. pen. juncta antepen. in clem. i. de concess. præbend. & colligi videtur ex tex. ibidem, quo casu posita ignorantia in ecclesia de hujusmodi vacatione non videtur posse esse locum de-  
 78 volutioni, cum etiam tempus sex mensium † non cur-  
 rat nisi à die notitiae, d. c. quia diversitatem, de concess.  
 præben. & c. licet de supplen. neglig. pralat. Respondeo  
 quod tempus oprandi non currit nisi à die veræ scien-  
 tiæ, non autem fictæ, ut dicam inf. d. q. 2. & tenet etiam  
 si recte advertatur d. gloss. pen. dum aperte dicit, &  
 probat dispositionem illius Clem. de scientia præsum-  
 ta ex notitia publica, quæ habetur in loco beneficij,  
 79 specialiter procedere † in casu illius tex. de impetrante  
 beneficium, cui mandatur provideri de eo, quod in-  
 fra mensem à vacationis ipsius notitia duxerit acce-  
 ptandum. Ex quo etiam patet, non habere locum in  
 notitia, quæ requiritur ad hoc, ut currat tempus sex  
 mensium. Quod vero ibi dicit gloss. pen. de privile-  
 gio optandi, intelligitur non de nostro jure oprandi  
 sed de privilegio eligendi intra decem dies alteram ei-  
 duabus æqualibus præbendis, de quo in c. si pluribus, di-  
 præben. in 6. ut ibi per eam, sed ea etiam ficta notitia  
 admissa in optione, adhuc casus optandi in devoluta  
 potest contingere. Fingamus enim tam præbenda-  
 tum, quam ordinarium collatorem in eodem loco ab  
 ecclesia justa ex causa abesse, ibique illum decedere  
 procul dubio statim curret tempus sex mensium col-  
 latori, cum maxime † etiam extra diœcesim constitu-  
 tus possit sua beneficia conferre, gloss. c. statutum ver.  
 remotis, de præb. in 6. late Zerol. in Præx. Episc. ver. bene-  
 ficia, vers. ad 9. & Menoch. de arbitr. judic. lib. i. q. 43. n.  
 19. potest autem tunc esse, ut non nisi post sex menses  
 nota fiat in ecclesia vacatio præbendæ, sicque habebit  
 locum optio. Ad illam autem quæstionem, quænam  
 81 præbenda † censerur reservata, quando reservatur  
 præbenda alicujus, & ille optet aliam, quoniam est de  
 raro contingentibus, remitto te ad Aen. Falc. de reser-  
 VAT.

vat. effect. 37. An vero, & quomodo optio locum habeat in beneficiis, de quibus mandatur alicui provideri, quæ specialiter conferuntur per Papam; quæ duo reliqua videbantur pro complemento hujus 3. quæstionis, quoniam derogationem requirunt, de iis latius tractabimus in cap. ult. ubi de derogationibus optionum agemus.

QUÆR O QUARTO, *An in beneficiis juris patronatus locum habeat optio?*

Respondeo † quod non: ita in terminis voluerunt 82 Fed. sen. conf. 62. num. 1. & Mil. in Repert. verbo, consuetudo optandi non habet locum, il. 1. Et miror, quod de hoc nihil dixerint Lambert. & alii, qui de jure patronatus scripsierunt. Rationem vero neuter illorum affert. Nos illam afferre possumus, quod si reservatio, quæ fortior est optione, cum illam vincat, juxta superius deducta in 2. conclusione, non comprehendit beneficia juris patronatus maxime laicorum, multo minus in iis locum habere poterit optio: quod vero regulæ reservatoriæ † non habeant locum in beneficiis juris patronatus laicorum, tenet Gemin. c. 2. num. 11. de præb. in 6. & ibi Franc. numer. 8. Lap. alleg. sua 96. fere per totam. Rot. decis. 3. de jure patr. in antiq. Cassad. eod. tit. decis. 6. Put. decis. 31. 9. num. 2. lib. 1. Card. conf. 117. nu. 2. & in clem. 1. 7. q. Alex. conf. 73. in princip. volum. 4. Gaspar. de Perus. in tract. de reserv. benef. in quest. qua autem benef. reservantur Æn. Falcon. eod. tract. q. 3. princ. 14. effect. numer. 5. & q. 4. princip. & alii quos ad hoc late referunt, & sequuntur de magis communi attestantes Paul. Granut. in Addit. ad Simon, simil. tract. q. 9. Mandos. ad 1. reg. cancell. q. 10. n. 1. & 2. Roch. Curt. tract. de jure patr. vers. honorificum. q. 4. nu. 22. & 23. Lambert. in simil. tract. q. 6. primæ par. libr. 2. art. 22. num. 4. & de communi Covar. pract. quest. c. 36. num. 2. & 3. quicquid in contrarium voluerit Zenzel. in extrav. execrabilis in vers. disponere, de præb. & gloss. d. c. 2. in verbo, collatio, eod. tit. in 6. Idemque procedit † etiamsi in reservatione adsint illa verba, ad cuiuscunque collatio-

D 3 nem,

nem, provisionem, electionem vel præsentationem, vel quamvis aliam dispositionum pertineant, ut poss<sup>t</sup> Lap. alleg. 84. num. 6. & aliostradunt Mandos. d. q. 10. nu. 2. & Nicol. Delph. de jure patr. quest. ult. Secundo

§5 procedit quoque, licet beneficium sit mixtum & juris patronatus clericorum, & laicorum, ut post Roch. Curt. d. tract. juris patron. vers. competens alicui, quest. 24. & alios & solvunt, lateque tradunt Simon. d. q. 9. num. 3. ibique Add. num. 7. Covar. d. c. 36 num. 4. Mandos. d. q. 10. num. 8. & Gambar. tract. de leg. libr. 3. num. 363. cum seq. dum tamen major pars sit laicorum, ut Gambar. & iidem Add. ad Simon. loc. cit. voluerunt. Tertio idem

§6 esset in jure patronatus competente clericis & ratione bonorum patrimonialium, cum tamquam laicale censetur, ut fuse ostendit ibid. Mandos. num. 7. Limita ve-

§7 ro primo, ut non procedat & in jure patronatus clericis ratione ecclesiæ spectante, ut late per Mandos. num.

§8 5. & 6. Secundo ut non procedat etiam & in jure patronatus laicale, nisi quando eis competit ex fundatione, constructione vel donatione, secus si ex privilegio, vel præscriptione, ut voluit Archid. & Gemin. c. 2. de prab. in 6. & fuse probat Covar. d. c. 36. num. 6. &

§9 Mandos. d. q. 10. num. 3. Posse tamen Papam & reservare beneficia patronata etiam laicorum certum est, prout dicit idem Mandos. d. q. 10. nu. 2. in fine, neque id negant prædicti Doct. sed solum dicunt, non præ-

§10 sumi voluisse reservare; potest enim Papa & expresse derogare juri patronatus, ut patet ex Doct. in o. cum dilectus, de jure patr. Covar. tract. quest. c. 36. cum aliis, quos ad saturitatem congerit Petr. Cened. in collect. ad jus canon. 2. part. collect. 79. & Covar. d. c. 36. num. 1. Nec non universum de jure patr. quod ad reservationem, vel derogationem spectat præter omnes supra citat. videndi sunt etiam alii, quos cumulat Mandos. d. q. 10. & Cened. d. collect. 79. 2. par. & collect. 21. num. 2. & 3. 3. part. Aliam etiam rationem, & magis solidam addere possumus ad principalem nostram conclusionem, quia nimis per optionem, ubi maxime distinctæ sunt

sunt præbendæ, acquiritur novus titulus, *ut jam semel*  
 admonuimus, & latius ostendemus, *inf. c. 7. q. 1.* Non po-  
 test autem quis acquirere titulum, aut beneficium ju-  
 ris patronatus sine consensu patroni, *ut toto fere titul.*  
*de jure patr.* Ex quo tamen infertur & una limitatio ad 91  
 d. conclusionem, quod si accedit patroni consensus,  
 poterit fieri optio in præbenda & beneficio juris pa-  
 tronatus. Secundo limitatur, posse & speciali præscri- 92  
 ptione, seu consuetudine induci, ut etiam in beneficiis,  
 & præbendis juris patronatus fiat optio; tum quia et-  
 iam potest talis consuetudo induci in reservatis, *ut*  
*supra, concl. 7. ostendimus*; tum quia contrajus tertii  
 præscribi posse, & consuetudinem induci saltem spa-  
 tio 40. annorum, superius, *cap. 2. q. 2. demonstravimus*,  
 & in specie etiam tanto tempore & juri patronatus 93  
 præscribi posse late tradit *Lambert. de jure patr. lib. 3.*  
*q. 7. princip. n. 7. & 8.*

**Quæro QUINTO,** *An in beneficiis, & præben-*  
*dis, quæ permittantur, siue in ipsa permutatione locum*  
*habeat optio?*

Respondeo, communiores conclusionem esse, & 94  
 quod non: ita *Faul. de Lig. in clem. 1. de rer. permut.* *Io. de*  
*Lig. c. fin. de consuet. in 6. post Io.* *An. in Addit. ad Specul.*  
*tit. de rer. permut.* ita etiam *Gam. in c. licet, num. 41. de*  
*rer. permut. in 6.* *Bonif. de Vital. post Paul. in clem. unic.*  
*numer. 60. de rer. permut.* *Petrus de Vbal. in tract. de be-*  
*nef. permut. q. ult. num. 96.* *Feder. de sen. eod tract. q. 28.*  
 & *conf. 62.* *per totum, ubi optime eam comprobat,* & à  
 contrariis defendit; eandem tuentur *Nicol. Delphin.*  
*tract. de jure patr. num. 157.* & seq. *Gig. depension. q. 63.*  
*num. 14.* *Mil. in Repertor.* verbo *consuetudo optandi non*  
*habet locum, il. 2.* *Prob. in Addit. ad Io. Monach. d. c. fin.*  
*nu. 2. 9.* & 30. *post Gemin. conf. 39.* *Add. ad Rot. decis. 1.*  
*de rer. permut. in no. num. 7.* *Gregor. Tholos. in tract. de*  
*benef. c. 39. num. 4.* *Io. Coras. in simil. tract. c. 9. num. 9.* &  
 satis probatur ex *tex. in c. unico, de rerum permut. in 6.*  
 & *clem. 1. eod. tit.* Ex quibus duas rationes colligo; al-  
 tera est, quod cum actus agentium & non operentur 95

ultra intentionem eorum, *l. non omnis, ff. si cert. pet. cum similib.* procul dubio non debet habere locum optio, per quam permutans non acciperet præbendam, quam ille alter ideo resignavit, ut ipse haberet, nec aliter resignasset, *ut dicitur d.c. unico ibi, quæ alias minime resignassent*; altera, quod præbenda resignata alteri conferretur, quam permutanti contra expressam decisionem d. clem. Neque valet quod præbenda, quæ conferatur, subrogatur in locū optata; nam textus d. clem. 96 aperte requirit, *† quod ipsamet præbenda, quæ resignatur, alteri quam permutantibus non conferatur* ea autem ipsa alteri conferretur. Alias rationes vides poteris apud Dd. sup. ut maxime Fed. de sen. *loc. alleg.* Ex quibus patet, male sensisse contrarium Jo. An. d. *fin. in verbo, cum vacavit, & ibi Anch. & Gemin. nu.* 4. male etiam Lap. Abb. d. c *fin. & in Addit. ad Fed. loc. cit.* aliter & late distinguebat, prout etiam ejus distinctionem refert, & reprobat idem Gemin. *loc. cit.* ut ibi per eos, quæ distinctio confunditur ex supra dicitis, sicut etiam illa, quam facit Imol. *in c. fin. colum. 20. de rer. permur.* & refert, ac sequitur Franc. d. c *fin. nu. de consuet. in 6.* quod aut permutatio sit propter utilitatem permutantium, & habeat locum optio, ex quod talis permutatio sit ambitiosa, & restringenda; aut propter utilitatem ecclesiarum, & tunc non habeat locum optio. Hæc autem distinctio quam sit frigida quis non videt? neque enim debet pendere usus privilegii, & consuetudinis Capitularis ex facto, aut etiam animo unius de collegio, de quo nemo forsitan erit, qui judicare velit. Illud sane temperamentum, ut ita loquar, ad eam communem opinionem libenter 97 adhiberem, quod si *† consuetudo ipsa optandi obtinuerisset, in omni vacatione, non autem solum simpli- ci, ita ut ab antiquo opratum fuerit etiam in vacatio- ne ex causa permutationis, tunc ea opinio cessaret nisi expresse Papa, aut Legatus clausulam derogationem statutorum, & consuetudinum ecclesiæ de optando in provisione inseruisset, ut optime tradit Nicol. Delphi.*

*d. trad.*

d. tract. de jure patr. num. 158. quod ipsum etiam ex eo  
comprobari potest, quod *supra* q. 3. concl. 7. & q. 4. ad  
finem ostendimus, induci posse specialem consuetudi-  
nem optandi beneficia reservata, & quæ sunt de jure  
patronatus.

**Quæro Sexto,** *An possit optari præbenda ha-  
bens aliquod onus annexum, pura præbenda Theologale,  
Pœnitentiaria, vel similis.*

Respondeo † non posse: ita in specie voluit *Navar.* 98  
*conf. 14. de reb. eccles. non alien. nu. 3. volum. 1.* & proba-  
ri potest, cum quod ibi electa videretur industria perso-  
na, cum quia ubi aliquod beneficium requirit qualita-  
tes aliquas, aut examen, si cui indulgetur, ut possit cō-  
sequi beneficium aliquod, aut dignitatem, illud non  
venit, quod examen aut qualitates illas requirit, ut est  
optimus tex. in c. fin. de transl. episc. cum ibi not. pro  
quo etiam faciunt, quæ de hujusmodi præbendis cer-  
tis personis graduatis, ac certis qualitatibus præditis † 99  
omnino conferendis decrevit *Conc. Trid. sess. 5. c. 1. de  
refer. sess. 24. c. 4. & sess. 25. c. 5.* traditque inter alios *Co-  
var. tract. q. c. 36. num. 3. Rebus. in concord. Rubr. de col-  
lat. 5. i. verbo, Theologalem, & verbo, alteri, & Jo. Quin-  
til. Hœd. in repetit. o. de multa, num. 45. & seqq. de præ-  
bend. Tandem quod hujusmodi præbendæ erectæ in  
Theologalem & Pœnitentiale non possint optari,  
postquam hæc scripsi inveni fuisse decisum per sacram  
congregationem super declaratione Concilii Tridentini  
*ad cap. 1. sess. 5. & cap. 8. sess. 24. de reform.* *An vero per  
canonicum possit optari dignitas, quæ aliqua ex causa  
reservata non sit, dicemus inf. c. 5. q. 2.**

**Quæro Septimo, & ultimo in hoc cap.** *An  
possit optari præbenda minor, qua tamen aliqua de causa  
sit magis grata?*

Respondeo † posse: ita *gloss. d. c. fin. in verbo, melio- 100  
res & ibi *Burr. & Anchar. de consuet. in 6. eamque gloss.**  
sequitur *Franc. Marc. decis. Delphin. 1258. nu. 4. 1. part.*  
& communiter, ac merito receptam dicit *Navar. de  
reb. eccles. non alien. conf. 4. volum. 1.* à qua etiam op-  
tione

nione non discedit Rom. *conf. 227. Rot. decis. 5. vers.*  
 101 *praterea, de consuet. in no. sed contrarium + tenet ex-*  
*pressa Rot. decis. 3. eod. tit. in no. & Franc. d. c. fin. in princ.*  
*nu. 8. cui etiam accedere videtur post Jo. Mon. Mil. in*  
*ver. consuetudo per quam, il. 1. Gemin. vero d. c. fin. nu.*  
 102 11. volens concordare opiniones distinguit + quod  
 aut consuetudo specifice disponit, quod possint optari  
 majores præbendæ, & tunc non possint minores, aut  
 consuetudo simpliciter disponit, & tunc possit optari  
 major, & minor, sive procedat opinio gloss. Verum  
 103 + hoc est nihil dicere, sed vel priori, vel posteriori op-  
 nioni adhæreere: secundum enim membrum est ipsa  
 expressa prima opinio: primum autem est ipsa secun-  
 da opinio, si illud pure intelligatur, prout sonat, si ve-  
 ro addatur dictio taxativa, *solum*, quasi inducta sit con-  
 suetudo, quod *solum* majores præbendæ optentur,  
 tunc nihil mirabile dicit, sed id, quod neque quisunt  
 in contraria sententia negabunt. Moventur autem,  
 qui contrarium sentiunt dupli ratione. Primo, quia  
 ex quo consuetudo sic est obtenta, ut optetur major,  
 104 non debet extendi ad minorem, quia præscriptio + no-  
 extenditur nisi ad id, quod est possessum, *c. veniens, a-*  
*uditis, c. cum ex officii, de præscript. de quo etiā late p-*  
*Rom. conf. 371. & Doct. in c. tua de deci. neque con-*  
 105 *tudo + extendi debet, ut not. in c. fin. de off. Archid. Se-*  
 106 *cundo quialicium est ascendere + ad majorem digni-*  
*tatem, sed non descendere de majori ad minorem, jux-*  
*ta not. in c. quanto, & c. licet, quod est fin. de translat.*  
*Episc. & c. cui de non sacerdotali, de præbend. in 6. ubi*  
*non datur descensus etiam quoad valorem præbendæ.*  
*Quibus ramen, & similibus non obstantibus priori op-*  
*pinioni adhæreo, quam in conclusione firmavi, quod*  
*indistincte possit fieri optio etiam de minori præben-*  
*da, ubi ex aliqua causa sit magis grata vel ob interesse*  
*veritatis, quia exempli gratia illa major, seu melior,*  
*quā obtinet, sit pensione gravata, ut ab ea se liberet, ju-*  
*xta ea, qua trademus inf. c. 7. q. 2. vel etiam ob interesse*  
*affectionis, puta quia minoris præbendæ bona vici-*  
*niora*

niora sint suis patrimonialibus, quia ea præbenda fuit  
sui patrui, aut valde amici, vel simili de causa. Id au-  
tem probo & ipse dupliciter. Primo rationibus gloss.  
d.c.fin.verbo, meliores, tum quia quod in favorem † a. 107  
licujus inductum est, non debet in ejus odium retor-  
queri, c. quod ob gratiam, de reg. jur. in 6. & l. nulla iuris  
ratio, e. de legi, tum quia cui licet plus, licet † & minus, 108  
e. cui licet de reg. jur. in 6. cum simil. Secundo illa ratio-  
ne, quam tangit Rot. d. decis. 3. quia illud est melius,  
quod est magis gratum, & plus placet, §. præterea, In-  
ſit. de action. & l. Sabinus, ff. de in diem addict. quod  
etiam ex eo confirmatur, quod est ita considerabile in-  
teresse aliquod sive veritatis, sive etiam affectionis, ut  
cum alioquin non nisi posita magna laſione † detur 109  
etiam ecclesiæ in integrum restitutio, c. i. de in integ. re-  
ſtit. cum concordant. tamen restitutio † conceditur non 110  
ſolum propter interesse veritatis, ut est tex. in l. minori-  
bus, ubi Doct. ff. de minor. sed etiam propter interesse  
affectionis, ut not. Bart. Bal. & alii in l. si in emtionem,  
ff. de minor. & post multos Odd. tract. de restit. in integr.  
q. 4. art. 10. idq; optime probat tex. d. l. si in emtionem,  
ubi minor restituitur, si omisit emere rem majorum  
ſuorum in emtionem collocatam.

His positis, non obſtant in contrarium adducta.  
Non primum, quod præscriptio non extendit nisi  
ad id, quod est poffſum. Respondeo enim primo, for-  
te procedere id in præscriptione, † nos vero loqui de 111  
conſuetudine, quicquid velit Gemin. d.c.fin. in princip.  
num. 9. & 11. dum contendit, conſuetudinem optandi  
magis proprie dici præscriptionem, id enim facile re-  
felli potest, ex late traditis per nos ſupra cap. 2. q. 2. Se-  
cundo tam præscriptionem, quam conſuetudinem † 112  
extendi poſſe ad caſus omnino ſimiles; imo ipſi Ge-  
min. & Franc. d.c.fin. in princip. num. 7. voluerunt, hanc  
conſuetudinem extendi de caſu vero ad fictum, de quo  
nos latius inf. e. 4. q. 4. in noſtra autem ſpecie caſus o-  
mnino ſimilis eſt, cum illud melius dici † poſſit alicui, 113  
quod magis gratum eſt, ut diximus, & ſic ſolvitur quod  
objicie.

objiciebatur, ex not. in cap. fin. de off. Archid. consue-  
 tudinem non extendi, praterquam quod ille tex. lo-  
 quirur potius de præscriptione, & quidem valde odio-  
 sa nimirum de præscribenda per Archidiaconum ju-  
 risdictione in monasteriis, quod magis Episcopo præ-  
 judiciale est, quam jus optandi, ut quisque facile potest  
 intelligere. Non obstat etiam, quod objiciebatur  
 c. quanto, & cap. licet de transl. Episc. Nam quod attingit  
 ad c. quanto, non prohibetur ibi descensus, sed so-  
 lum præmisso, quod quis de facto relictæ propria ec-  
 clesia ad aliam se propria auctoritate transtulerat  
 subdit summus Pontifex, quod qui se ad majorem ple-  
 bem transtulit, à cathedra repellere debet aliena: immo  
 gloss. fin. ibi dicit, idem fore, si ad parem, vel minorem  
 se transtulisset: cap. vero licet, seu fin. primo loquitur  
 de majoritate, & excessu in dignitate, non in redditu  
 prout etiam loquebatur c. quanto, deinde dispositio-  
 tam d. c. fi. quam cap. cui de non sacerdotali, procedi-  
 114 propter mandatum, cuius fines + diligenter sunt cu-  
 stodiendi, c. cum dilecta, de rescript. & l. diligenter  
 mandat. cum similib. ut de dispositione tex. d. c. cui d.  
 non sacerdotali, dicit ibi Pontifex in fin. & not. gloss. da-  
 fin. in verbo, meliores, de consuet. in 6. Nam in d. c. fin.  
 115 concederat + in specie prædecessor Pontifex cuius  
 Episcopo, quod si ad majorem vocaretur forsitan di-  
 gnitatem, eam sibi liceret assumere; declarat autem  
 ibi Innoc. 111. non potuisse illam transire ad parem di-  
 gnitatem, quia fuerat expressum de majori; & quia eti-  
 am in majori dignitate propter majorem utilitatem  
 facilius solet dispensari, ut ibi inquit Pontifex, & gloss.  
 in verbo, ad pacem. In cap. vero cui de non sacerdotali  
 statuit Bonif. v 111. quod si cui manderetur provideri  
 præbenda non integra, aut certi valoris, non poterit eti-  
 am volenti de sacerdotali, dimidia, vel minoris valo-  
 ris provideri propter certos fines mandati, ut inquit ibi  
 textus, & not. gloss. & Doct. & nos mox admonuimus.  
 Atque hæc circa materiam hujus tertii cap. dicta suffi-  
 ciant.

SUMMA

## SUMMÆ RERUM.

- 1 *Canonici soli seu beneficiati in aliqua ecclesia collegiata, regulariter optare possunt.*
- 2 *Consuetudo optandi inter canonicos inducta non extenditur ad dignitates, seu Pralatos, ut possint optare canonicales præbendas.*
- 3 *Consuetudo non extenditur de persona ad personam diversa qualitatis.*
- 4 *Præbendam pœnitentiarii, aut similem obtinens non potest fortasse aliam optare. Contrarium. numero 11.*
- 5 *Divisio beneficiorum unitorum debet fieri ab habente auctoritatem servata solennitate; & ex justa causa, sicut & unio.*
- 6 *Beneficiarius non potest suum beneficium diminuere, aut damno afficere.*
- 7 *Canonicus an habeat successorem, & an Pœnitentiarius, & num. 12.*
- 8 *Pœnitentiarius principaliter habet officium, præbendam per annexionem, & quasi rem peremptam secundum Navar. de quo num. 13.*
- 9 *Beneficiatus habens ecclesiam Parochialem suo beneficio annexam, non dicitur simpliciter habere curam animarum.*
- 10 *Navarri Doct auctoritas.*
- 11 *Pœnitentiarius optando non dividit, aut unit officium à beneficio aut cum illo, sed dimittit præbendam cum onere, & officio.*
- 12 *Theologi, & Pœnitentiarii officium quomodo instituendum sit.*
- 13 *Vnio non semper ita fit, ut, quod unitur, alteri accedat.*
- 14 *Antiquiores canonici prius optant, antiquiores inquam non aetate, sed receptione. num. 16. declaratur. num. seqq.*
- 15 *Canonicus qui major est ordine, posterior tamen receptione, quomodo debeat preferri in portione percipienda.*

18 Anti-

## 62 ALEX. MONET. TRACTAT.

18 Antiquiores etate, vel maiores ordine poterunt e consuetudine speciali preferri in optando; vi Doctores, aut persona insignes. num. seqq.

19 Doctorum ordo pricipius est

20 Excommunicatus potest optare. Contrarium ali num. 21.

22 Excommunicatus privatur fructibus beneficij.

23 Collatio beneficij facta excommunicato nulla est.

24 Optio non est collatio, neq; collationem requirit.

25 Excommunicatus potest acceptare beneficium i sibi collatum.

26 Beneficij collationem excommunicato factam, mu jure tenere probabile est.

27 Excommunicatus & equiparatur deportato.

28 Deportatus potest eligere & optare.

29 Excommunicatus potest ea, qua sunt facti, & p qua solum voluntas declaratur.

30 Excommunicatus non amittit fructus beneficij, ni per sententiam eos expresse continentem.

31 Absentes ab ecclesia optare possunt.

32 Absentes ob servitum Papa, vel ecclesia optare sunt, licet consuetudo, vel statutum disponat quod soli presentes optent. Hi enim habentur presentibus. num. 33.

34 Consuetudo contra ius non extendit de casu ad fictum, neque de loco ad locum, neq; de persona ad personam. Idem in statuto. num. 35. Quod tamen perpetuum non est, remissive. num. 36. prae pue vero ubi in casu omisso militat eadem omni ratio. num. 37. vel ubi ea & equiparantur à legi num. 38.

39 Statutum, vel consuetudo disponens de presentibus in ecclesia extendit de casu vero ad fictum.

40 Consuetudo optandi, sicut quavis alia inducit una ecclesia non extendit ad aliam ecclesiam, quamvis illi subjectam.

41 Canonicus, qui ex consuetudine optare non potest nisi semel, si semel optavit præbendam, super quæ deindi

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

deinde moveatur sibi lis, non poterit aliam optionem facere: poterit tamen redire ad suam, si succumbat, eamque dimiserit cum protestatione. num. 42.

43 Prior in data, qui non fuit negligens, preferitur in optando priori in receptione; posteriori tamen in data.

44 Condicio habetur pro impleta, cum non stat per eum, qui implere debet.

45 Absentes in servitus Papa, vel ecclesia cur optare possint etiam stante consuetudine, vel statuto, quod soli presentes optare possint.

46 Absentes quoq; in servitiis Episcopi optare possunt. Quid in absentibus causa studii de licentia Papa, vel Episcopi. num. 47.

48 Absentes causa studii de licentia Prelati, vel Papa percipiunt fructus suarum prabendarum.

49 Privilegiati, ut percipient fructus, ac si residerent, optare non possunt, & gaudere aliis privilegiis, quae competunt presentib. tam de jure communi, quam ex consuetudine, vel statuto.

50 Consuetudo contra jus quando extendatur ad consummatum.

51 Consuetudo optandi non est improbata à jure, sed immo permissa, & quodammodo approbata.

52 Optio fieri potest per procuratorem, habentem speciale mandatum: immo per procuratorem cum libera. nu. 55. quid in habente generale mandatum. num. 58.

53 Potest per alium, qui potest per se ipsum; & qui per alium facit, per se ipsum facere censetur.

54 Procurator admittitur in quavis re, ubi non prohibetur.

56 Procurator cum libera & equiparatur habenti speciale mandatum. Item potest permutare. num. 57.

58 Procurator habens generale mandatum, & negotiorum gestor si nomine meo optet, & ego ratum habeam, optio valebit.

64 ALEX. MONET. TRACTAT.

- 30 Dominium pecunia soluta negotiorum gestori acquiritur creditor i ratihabitione secuta.
- 60 Optio per quemcunq; nomine meo facta forte vale, si ratum habeam.
- 61 Beneficium potest alicui conferri nomine absentis.
- 62 Beneficium impetrari potest sine mandato.
- 63 Coniuncta persona sine mandato admittitur ad portandum; sicut etiam in beneficialibus, num. 64 requiritur tamen ratihabitio, num. 69.
- 65 Coniuncta persona regulariter admittuntur, si evant de rato; & qua illa sint. num. 66. & usq; ad quem gradum. num. 67.
- 68 Canonicus, aut alias coniunctus coniunctione spirituali non potest pro alio coniuncto impetrare, aut acceptare.
- 69 Ratihabitio requiritur ubi aliquis sine mandato speciali, aut sine libera pro alio optavit: & ratihabitione hujusmodi per antiquiores facienda pendente possint juniores interim optare. numero 70.

C A P. IV.

*Quinam optare possint præbendas.*

Q UÆRO PRIMO, An soli & omnes antiqui canonici optare possint?

PRIMA CONCLUSIO. Illud certum est, solos canonicos, seu beneficiatos in aliqua ecclesia collegiantur regulariter & optare posse, ut patet ex iis, quæ supra diximus, c. 1. q. 2. & c. 3. q. 1. ubi etiam diximus, posse induci consuetudinem, ut beneficiatus in aliqua ecclesia, dummodo constituant aliqua ratione unum corpus canonicos, possit optare canonicatum, seu præbendam vacantem, vel non optatam: pro quo etiam facit decis. Delphin. Franc. Marc. 1271. nu. 4. immo etiam ibid. ostendimus, posse beneficiatos inter se optare, dummodo collegium in aliqua ecclesia constituant.

S E C U N D U M

SECUnda CONCLUSIO. Consuetudo optandi inducta, † quod canonici optent, non ita extenditur, <sup>2</sup> ut prælati, aut dignitatem habentes possint optare canonicales præbendas: ita Calder. cons. 5. de consuetud. quem etiam refert, & sequi videtur Roch. Curt. c. fin. de consuet. sect. 4. num. 7. ad fin. tum quod consuetudo non extendatur † de persona ad personam, maxime ubi <sup>3</sup> sunt diversæ qualitatis, & conditionis, juxta not. per Dd. in c. fin. de ff. Archid. & c. 2. de Capell. Monach. tum quod in hujusmodi, quæ sunt stricti juris, uno expresso non venit aliud, c. suceptum, de rescript. in 6. & c. quævis, de præbend. eod. lib. Et hoc forte voluit Franc. Marc. decis. Delphin. 1266. 1. part. dum dixit, in optione non admitti descensum, ne sit contraria decis. paulo ante posita, quæ est 1258 nu. 4. eadem prim. par. ubi aperie admittit, posse optari minorem præbendam: facit etiam optime Rot. decis. 5. de consuet. in no. versic. aliam rationem, & vers. præterea videtur, dum ipsa quoq; ait, quod ubi sunt distincti gradus præbendarum, non admittitur descensus.

TERTIA CONCLUSIO. Probabile est, † quod <sup>4</sup> ubi præbenda habet annexum aliquod perpetuum officium, puta Pœnitentiarii, non potest, qui eam habet, alteram optare: ita in specie tradit Navar. cons. 14. de rebus eccles. non alien. volum. 1. per totum. Probat primo hanc opinionem, quod divisio † beneficiorum universitorum requirit, ut dividens habeat auctoritatem, & potestatem id faciendi, c. sicut unire, cum ibi not. de excess. prælat. & quod servetur solemnitas in modo dividendi, & concurredit justa causa id faciendi, c. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. sicut & unio, ut probatur in d. c. sicut unire, juncta clem. 2. de rebus eccl. non alien. quod si optaret Pœnitentiarius præbendam vacantem, divideret præbendam suam à Pœnitentiarii officio; item uniret officium alteri præbendæ, quæ est tertia Navar. ratio, sine ulla justa causa, aut solemnitate. Neq; verisimile est, Concilium generale & Romanam ecclesiam voluisse privatis hominib. facultatem concedere

ram leviter, & sine solemnitate tot uniones, & divisiones; & hæc est 6. illius ratio ab hac prima dependens. Secundo non potest beneficiarius † suum beneficium diminuere, aut damno afficere, c. delictum, de reg. jur. in 6. cum ibi adnot. & similib. at vero Pœnitentiarius optando damnum afficeret proprio officio; posset enim optare minorem præbendam, juxta gloss. c. brius receptam in c. fin. de consuet. in 6. (ut etiam nos supra ostendimus cap. 3. que. ult.) Quod si objicias de aliis canonicis, respondet d. sparem esse rationem, cum c. 7 nonicus † non habeat successorem, juxta gloss. singulari receptam in c. quod sicut, de elect. quod etiam notavit Franc. Marc. in decis. Delphin. 1232. n. 3. & 1161. num. 3. 1. part. unde sibi potest præjudicare. Pœnitentiarius vero habet successorem, cui optando præjudicaret. Tertio, quia quod operatur oppositum in opposito, debet & operari propositum in proposito, c. scientum, c. 8. q. 1. l. & si contra, ff. de vulg. & pap. sed præbenda Pœnitentiarii optari non potest, quod item non probat Nav. nos breviter ostendimus sive cap. 3. q. 6. ergo neque ipse debet posse optare alterius præbendam. Quarto, quia Pœnitentiarius † habet principaliter officium Pœnitentiariæ, præbendam item habet per annexationem, & quasi rem peremtam, sicut qui habet ecclesiam parochialem sive præbenda, vel alteri beneficio annexam, non censetur † habere curam animarum, cap. super eo, de præbend. in 6. quicum non possit optare aliam præbendam ratione officii, quod est principale, & quoddam vivum, non poterit id facere ratione præbendæ, quæ est accessorium, & quasi quoddam mortuum, & extinctum. Hæ sunt in summarationes Navarri, quibus contendit, Pœnitentiarium optare non posse, ex cuius sententia idem dicendum esset de eo, qui habet præbendam Theologalem, vel legalem, quam alii vocant doctoralem. Propter cujus doctoris † auctoritatem conclusio hæc, uidebam, probabilis est; maxima enim fuit illius tum doctrina, tum virtutæ integritas, ut patet ex Covar. lib. 1.

var. resol. cap. 1. nu. 2. Mandos. ad reg. 19. de infir. Pinei.  
 et 1. C. de bon. mat. 3. p. num. 16. in fine Vival. in Candel.  
 Aur. in princip. tit. de auctor. Doct. Et alius, quos videas si  
 tubet apud Petr. Cened. in collect. ad jus canon. collect. 12.  
 num. 6. 2. par. Sed quoniam contraria sententia † me-  
 lioribus, ni fallor, nimirum rationibus, & libentius ad-  
 hæreo quam & ipse Navar. in scholis disputando te-  
 neri posse fateri videtur, d. cons. 14. num. 1. & servatam  
 audio hic Mediolani in ecclesia S. Nazarii, in qua qui  
 prius Theologalem præbendam obtinebat, aliam o-  
 ptavit, ea simul cum onere, & officio legendi dimissa,  
 quæ deinde alteri collata fuit. Illud enim regulare est,  
 ut inferius dicam, antiquiores canonicos optare pos-  
 se, & paret ex ipso rex. d. c. f. de cōsuet. in 6. ergo omnes  
 optare poterunt; nam & indefinita æquipollet uni-  
 versali, & ubilex non distinguit, nec nos distingue-  
 rebemus, nisi manifesta nos cogat ratio, jurib. vulg. in  
 hoc autem casu nulla nos cogit ratio, ut contrarium  
 sentiamus. Non prima, dicimus enim Pœnitentia-  
 riū optando † non modo non dividere, aut unire be-  
 neficia, de quo loquuntur illa jura, sed neque etiam  
 officium à beneficio dividit, aut unit cum beneficio;  
 dimittit enim præbendam simul cum officio, & onere  
 annexo. Ex quo etiam patet solutio secundæ rationis  
 quicquid enim sit, an canonicus simplex habeat suc-  
 cessorem, de quo per Dd. d. c. quod sicut, Ant. Burg. in c.  
 cum omnes, nu. 67. & seqq. ubi Andr. ab Exe. num. 84.  
 Et Ferret. num. 10. cum seqq. de constit. Fel. c. quoniam  
 Abbas, nu. 5. de off. deleg. Abb. in c. ex literis, de probat.  
 Imol. Et Gemin. in c. statutum, de rescript. in 6. Ex qui-  
 bus multi censent canonicum successorem habere;  
 certe in hoc casu Pœnitentiarius nullum damnum af-  
 fert, aut præbendæ suæ, aut successori, sed aliam optan-  
 do sive majorem, sive minorem, ille, cui conferratur, ea  
 præbendæ, quam ipse obtinebat, habebit onus, & offi-  
 cium Pœnitentiarii. Non obstat tertia; dispar enim  
 est ratio cum iu eo, qui præbendam, quam Pœnitentia-  
 riæ vocant, vel etiam Theologalem aut legalem, obti-  
 nere.

nere vult, certæ qualitates requirantur, quæ diligenter examinandæ sunt juxta ea, quæ supra cap. 3. q. 6. dicebamus. Non urget demum quarta & ultima ratio Navar. nam officium potius ipsum, & onus Pœnitentiarii habet se sicut accessorium, & quoddam mortuum, & extinctum respectu præbendæ, quam contra. Neque huic rei obstat, quod præcipit Concil. Trident.

13 sess. 24. cap. 8. de reform. ut † Pœnitentiarius instituatur ab Episcopo in cathedralibus ecclesiis, cum unione præbendæ proxime vacaturæ, sicut antea sess. 5. cap. de reform. decreverat in munere Theologali, seu lectio- nis sacræ scripturarum, quod in cathedralibus insigni- bus ubi nulla præbenda, vel stipendium deputatum re- petiretur pro ea lectio, præbenda prima vacatur quomodocunq; præterquam ex causa resignationis, ad eum usum ipso facto constituta & deputata intelli- geretur; quibus verbis videtur prius præsupponi offi- cium illud, & munus Pœnitentiarii, vel Theologi, cu- deinde uniatur & applicetur præbenda quasi accesso- ria. Non obstant inquam ea verba, nam illud solum in- tendit concilium, præbendam aliquam cum tali mu- nere connectere; ita ut si non vacaret ulla præbend- statim institueretur officium; quod si jam vacet præbenda, procul dubio potuisset Episcopus suu- mentem etiam concilii præbendæ vacanti officiu-

14 ipsum unire & annexere; neque semper unio † ita fit, ut quod unitur, alteri accedit, ut patet ex d. cap. sicut unire, de excess. prælat. & cap. quod translationem, de off. leg. & not. Petrus de Perus. tract. de union. cap. 1. Cucch. in Instit. Canon. lib. 2. tit. 9. vers. diversis auten- modis unio fieri solet. Sed de his satis.

QUARTA CONCLUSIO. Certum est, jus optan-  
15 di † primo spectare ad antiquiores canonicos, tex. d. c. fin. in verbo antiquiores, ubi gloss. & ceteri de con- fuet. in 6. & alii Dd. omnes quotquot aliquid de optio-  
16 nibus scripserunt. Intelligitur autem † de antiquiori- bus non ætate, sed receptione: ita gloss. d. verbo, anti- quiores, & ibi omnes, idemq; colligitur ex Rot. decis. 3.

¶ 3. ibiq; Add. de consuet. in no. sed clarius id vult Rot.  
 decis. 6. num. 2. de conuent. in antiquior. & decis. 411. nu.  
 2. 1. par. in noviss. divers. Falcon. in tract. de reservat.  
 benef. effect. 49. Thom. Zerol. in Praxi Episc. verbo, cano-  
 nia, vers. ad 7. conclus. ult. Mil. in Repert. verbo, consue-  
 tudo, per quam disponitur. il. 1. post Rom. cons. 227. Alle-  
 gagat Gemin. tex. in c. queru, de atat. & qual sed nihil ad  
 rem allegat quoque ipse, & alii c. statuimus de major.  
 & obed. sed potius facere videtur in contrarium, dum  
 disponit, quod † qui major est ordine, licet sit postea 17  
 receptus, in portione percipienda, potior sit, & aliis  
 antecedat; cui tamen responderet, procedere illum  
 tex. in distributione facienda de fructibus, non autem  
 in concessione ipsius præbendæ, ut ibi inter ceteros,  
 not. gloss. in verbo, potiorem, ubi etiam solvit alia ju-  
 ra, quæ huic ipsi interpretationi de antiquioribus re-  
 ceptione, immo & toti conclusioni obstatæ videban-  
 tur: deinde responderet, non obstatæ illum textum,  
 cum non loquatur de antiquioribus, sed de majori-  
 bus. Demum cum loquatur de majoribus ordine, &  
 disponat, ut præferantur in portionibus, forsan lo-  
 cum habere poterit in iis distributionibus, quæ inter  
 omnes ordines canonorum distribuuntur: optatio au-  
 tem regulariter sit inter eos, qui ejusdem ordinis sunt,  
 ut dicam inf. cap. seq. quest. 2. Melius ergo & magis ad  
 rem allegari possunt ea jura, quibus gloss. d. c. si verbo,  
 antiquiores, & ibi ceteri, nosque sup. cap. 2. quest. 1. o-  
 stendimus, hanc consuetudinem optandi esse ratio-  
 nabilem, & æquitati inniti; loquuntur enim ea jura  
 de iis, qui majora servitia in ecclesia exhibuerunt. Non  
 negaverim tamen consuetudine induci posse, ut in o-  
 ptione † præferantur antiquiores ætate, vel maiores 18  
 ordine, ut tradit gloss. d. verbo, antiquiores, & sequun-  
 tur ibi ceteri; & tunc pro majoribus ætate erit bonus  
 tex. in c. quanto, de translat. Episc. & l. semper, ff. de jur.  
 immunit. & d. c. queru, de at. & qual. ordin. cum aliis  
 quæ affert Ias. cons. 192. colum. 1. & 2. vol. 2. Rol. cons.  
 25. nu. 13. volum. 4. & Prob. Addit. ad Io. Monach. d. c.

## 70 ALEX. MONET. TRACTAT.

fin. num. 35. & seqq. Pro majoribus ordine erit optimus tex. d. c. statuimus: idemq; de consuetudine, quae habere aliam aequitatem, tradit gloss. & Dd. d. verbo, antiquiores, exempl. sicutq; ibi Jo. An. Gem. & Franc.

19 si detur optio doctoribus, quorum t̄ ordo est prae-  
pius, c. cum ex injuncto, de haret. c. super, d. mag. c. d.  
multa, de praben. vel filiis Principum, alisque insigni-  
bus personis, d. c. de multa, c. ne aliqui, de priv. & clem.  
presenti, de bapt. cum similib. Præterea restringi potest  
principalis hæc conclusio per ea, quæ dicimus inf. q. seq.  
concl. 2. illatione 3.

Quæro SECUNDO, An excommunicatus possit  
optare?

20 Respondeo t̄ quod sic: ita voluerunt Dom. de Rot.  
decis. 5. num. 1. de concess. praben. in no. Cassad. decis. 17.  
num. 5 de praben. Franc. Marc. decis. Delphin. 1259. nu.  
4. t̄ par idem voluit Paris. cap. dilecti. colum. 1. de except.  
Gemini. d. c. fin. §. fin. num. 4. & ibi Franc. in princip. nu.  
6. & Rebus. in c. postulatu, num. 132. de cler. excom. mi-  
nistr. En Falcon. in tract. de reservat. q. 1. in 5. effect. &  
Gig. de pens. q. 63. ubi hanc communem opinionem i.  
21 dicit. Contrarium t̄ tamen tenere videntur, Add.  
Rot. d. decis. 5. post Petr. de Perus. in c. referente, deput.  
ben. quæ repot. est in ejus tract. de permut. benef. & q. 1.  
met Rot. decis. 8. num. 10. de sent. excom. in antiq. & Fa.  
con. in d. tract. de reserv. benef. q. 4. effect. 5. num. 3. Pu.  
22 qua opinione facit primo, quod excommunicatus  
non facit suos fructus præbendæ, iisque privatur,  
habetur in c. pastoralu, §. verum, de appell. multo vero  
minus poterit optare præbendam, cum sires spiritua-  
lis, vel saltem spirituali annexa, ut not. Archid. in c. gra-  
23 tia, in princ. de rescript. in 6. Secundo, quia t̄ collatio  
beneficii excommunicato facta nulla est, c. postulatu  
cum ibi not. per Dd. de cler. excom. ministr. & not. Rot.  
decis. 5. de sent. excom. in antiq. Cassad. d. decis. 17. nu.  
de praben. late Staphil. de lit. grat. & justit. tit. de vi.  
effect claus. in princip. num. 9. Tertio, facit tex. d. c. refe-  
rente, ubi in specie disponitur, excommunicatum  
optare.

optare non posse. **Q**uibus tamen non obstantibus, prima opinio ut communior est, ita verissima, moventur autem omnes illi, quia  $\dagger$  option non est collatio, ut **not. Archid. d. c. fin. de consuet. in 6.**  $\&$  nos latius inf. cap. 24  
**7. q. 1.** excommunicatus vero solum prohibetur, ne ei conferri possit beneficium, quare illud satis probabile est,  $\dagger$  excommunicatum posse beneficium sibi absenti collatum acceptare, quod & voluit **Rot. d. decis. 5. de concess. præben.**  $\&$  **decis. 8. de sent. excom.** & tenet etiam **St. phil. d. tit. de vi**  $\&$  **eff. clausularum, vers. 6. quaritur,** num. 22. lateque tradit **Coyar. in rel. c. alma mater, 1.** par §. 7. num. 4. de **sent. excom. lib. 6.** immo aliqui non improbabiter tenuerunt, mero jure valere  $\dagger$  collationem beneficii excommunicato factam, ut **Card. cons. 40. incip. in facto,** neq; ei refiagatur **tex. d. c. postulatus,** cum non declareret, collationem excommunicato factam ipso jure non tenere, sed solum non posse illi conferri beneficium, idque ab eo non posse sine dispensatione retineri, sed confirmari etiam potest ista communior opinio, quoniam excommunicatus  $\dagger$  **æ. 27** qui paratur deputato, ut tradunt doctores in **l. ejus qui,** **ff. de testam.**  $\&$  **§. minor. Instit. de cap. dimin.**  $\&$  **not. Innoc. in c. qualiter,**  $\&$  quando, **il. 2. de accusat. Rot. decis. prox. alleg.**  $\&$  **decis. 4. de sent. excom. in antiquior. num. 1.** post gloss. **Io. An. c. decernimus, de sent. excom. in 6.** sed deportatus potest  $\dagger$  eligere, & optare, **l. ex testamento, §. 28** si quis rogatus, ad **Trebell.** ergo poterit & excommunicatus. Accedat etiam quod excommunicatus  $\dagger$  potest ea, quæ sunt facti, & per quæ solum voluntas declaratur, **c. pro illorum, de præben. c. si vero, de sent. excom. juncto d. c. decernimus, de sent. excom. in 6.**  $\&$  **c. significasti de eo, qui dux. in matr.** sed per optionem solum declaratur voluntas & sine collatione nova ad summum acquiritur jus ad præbendā, non autem ad beneficium, **ut colligitur ex Rot. dd. decis. proxime alleg.**  $\&$  **Gemin. d. §. fin.**  $\&$  **de se patet. ergo, & c.** **Q**uibus sic stantibus, non obstant, quæ in contrarium allegantur. Non primum: nam in **d. c. pastoralis fructus**  $\dagger$  non auferuntur ipso jure 30

excommunicato, sed per sententiam, & quidem id expresse continere debet sententia, *ut ibi optime notat* gloss. in verbo, subtrahuntur. Non secundum: optio enim sit sine collatione, unde non recte a guitar, cum diversa sint, vulg. l. Papinianus, ff. de minor. maxime cum simus in pœnibus & odiosis, quæ potius restrin-genda sunt, c. odia, de reg. iur. in 6. cum similibus. Non tertium: nam ille textus non loquitur de optione nostra, sed de optione inter duo beneficia, quæ requiri collationem.

Quæro TERTIO, An absentes ab ecclesia saltem ex justa causa possint optare?

3.1 PRIMA CONCLUSIO Probabile est, quosvis absentes optare posse: ita colligitur ex Doctoribus infra allegandis, in sequenti conclusione, dum enim querunt, an posito statuto, vel consuetudine, quæ dato optionem præsentibus tantum, absentes in servitio ecclæ vel Papæ, vel alia justa de causa, ob quam præsentes habeantur, optare possint, aperte supponunt, quod ubi non adsit talis specialis consuetudo, vel statutum, quod soli præsentes optent, etiam non præfetes optare poterunt; idemq; satis videtur esse de me re tex. & Dd. d. c. fin. dum permittunt ac volunt, optionem etiam per alios fieri posse, tempusque ad optionem datum non currere, nisi à die scientiæ, vix eam necessitas adesse viderit per alium optandi, virque ignorantia præsumi posse præterquam in absente. Domum id ipsum probari potest ex iis, quibus paulo post ostendemus, consuetudinem extendi posse ad casum similem, & rationabilem.

SECUNDA CONCLUSIO. Ubi statutum ecclæ disponat, vel etiam consuetudo id solum obtinuet, quod præsentes optent, forte quia numquam casu absentia evenit, vel etiam quod solum præsentes optent, si casus eveniat, certissimum est, † absentes in servitio ecclæ, vel Papæ optare posse intra viginti dies à tempore scientiæ: ita Io. An. d. c. fin. verbo, inni-  
tens, versic. item scias, & ibi Gemin, in princip. num. 6

Franc

Franc. numer. 7. idem tenere videtur Zenzel. ibi ut cum  
 refert Gemin. sed clarius huic opinioni adharet. Gig.  
 tract. de pens. q. 63. num. 16. Rot. decis. 6. nu. 2. de consuet.  
 in antiquior. quicquid in contrarium voluerit Archi.  
 Butr. & Io. de Lig. d. c. si. ex eo quia consuetudo sit stri-  
 eti juris, atque adeo non extendenda, l. 1. C. de eman-  
 cip. lib. c. si de off. Archid. cum similib. maxime, quando  
 contra jus est, c. cum in tua, cum ibi not. de decim. Illi  
 autem, qui priorem sententiam tuerintur, moventur  
 dupli ratione, primo, quia + isti habentur de jure 33  
 pro praesentibus, ut de servitio Papæ habetur, in c. cum  
 dilectus, de servitio Episcopi, in c. de cetero, & c. ad au-  
 dientiam, de servitiis demum ecclesiaz, in c. ex parte, il.  
 2. de cleric. non resid. & c. unico, eod. tit. in 6. & in c. cum  
 non deceat, de elect. eod. lib. Secundo, quia si dicatur,  
 hos casus fictos esse, consuetudinem autem non ex-  
 tendi ad casum fictum, adhuc id non habebit locum  
 in hac consuetudine, cum non sit contra jus secundum  
 aliquos: ea vero procedunt in consuetudine contra  
 jus, + per not. in c. susceptum de rescript. in 6. & d. c. cum 34  
 in tua, de decim. & in l. omnes populi, ff. de just. & jur.  
 Sed admissa pro nunc sola prima ratione, quæ solida  
 est, & tangitur per Jo. An. quoniam secunda licet va-  
 lere possit in sententia Gemin. Franc. & aliorum, qui  
 ut supra cap. 2. quest. 2. concl. i. vidimus, tenuerunt, con-  
 suetudinem optandi esse præter, non contrajus; no-  
 bis tamen, qui contrarium post Rot. & alios ibid. o-  
 stendimus, non modo non suffragari, sed & valde ad-  
 versari videtur, ideo tam pro ejus solutione, quam pro  
 dilucidatione multarum rerum, quas supra hoc eod.  
 tract. sparsim attigimus, aliqua hic de consuetudinis  
 extensione adnotanda sunt. In qua materia, ut admit-  
 tamus tamquam regulare consuetudinem illam, quæ  
 contra jus est, non extendi, neque de casu vero ad fi-  
 ctum, neque de loco ad locum, neque de persona ad  
 personam, ut concludunt communiter Dd. in l. de qui-  
 bus ff. de leg. l. quod non ratione, ff. eod. & l. 3. §. hac au-  
 tem verba, ff. de negot. gest. Gemin. Franc. & Archid.

loc. cit. & satis patet tum ex Doct. quos late refert Roch. Curt. c. fin. ext. de consuet. sect. 4. num. 1. usque ad 10. tum ex tex. d. l. quod non ratione, c. quod translationem, de off. leg. c. fin. de off. Archid. & d. l. 1. C. de emancip. lib. 35 cum similib. quod idem † in statuto tradunt post Imol. & alios Gemin. d. c. fin. num. 7. & ibi Add. communemque sententiam dicunt Alex. cons. 189. colum. pen. lib. 1. Cravet. cons. 205. nu. 25. Soar. in Thes. recept. jent lit. 8. 36 num. 187. Id tamen † perpetuum non est. ut patet in quæ fuse inter alios tradit idem Curt. d. sect. 4. nu. 12. usque ad 23. & Fel. in c. audit. colum. 4. & seqq. de prescrip. Quod vero ad rem nostram facit, duas præcipuas restrictiones admittit ea conclusio. Quarum altera 37 est, ut non procedat, † quando in casu omissio à consuetudine militat eadem omnino ratio; tunc enim etiam non dicitur fieri extensio, sed ille casus includetur in ratione consuetudinis, ita voluit gloss. in c. 1. n. verbo, Italia, de tempor. ordin. quam sequitur Abb. in c. at si clerici in princip. colum. antepe. de jud. & alii, qui late refert Curt. d. sect. 4. num. 23. junctu per eum prim. 38 not. num. 12. Altera & optima est, quando duo † aequaliter parantur à lege; tunc enim consuetudo supervenient in uno, extenditur ad aliud, ita Abb. communem tenuit, in c. de multa, super gloss. in eadem de praben. Bon. d. c. fin. colum. 34. versic. fallit 3. ext. de consuet. ibi q. in Curt. d. sect. 4. num. 14. idem etiam tenet post Imol. Gemin. d. c. fin. in princip. nu. 7. de consuet. in 6. & ibi Add. post Rom. cons. 105. idem q. Franc. d. c. fin. num. 2. Et ratio est, quia tunc extensio non sit ab homine, sed à lege ipsa, ut per Curt. loc. cit. & in specie de absentibus ab ecclesia, quod statuum, vel consuetudo, loquens de 39 præsentibus, † extendatur ad casum fictum, tradunt Abb. & alii, in d. c. cum dilectus, & c. ad audiencem, cleric. non resid. 40 Ex his infertur primo, † consuetudinem induitam in una ecclesia de optando non extendi ad aliam, quævis sit illi subjecta, ut patet ex iis, quæ fuse tradit Curt. d. sect. 4. nu. 7. & 17. ubi post Abb. in c. cum olim, de con- suet.

suet. & alios ostendit, id verum esse in quavis consuetudine, ut non extendatur de ecclesia ad ecclesiam.

Secundo infertur, quod stante consuetudine † quod canonicus non possit optare nisi semel, runc si is semel optavit, licet moveatur sibi lis super præbenda optata, tamen non poterit aliam optionem facere, ut in specie voluit Calder. cons. 6. tit. de consuet. per totum, quem sequitur etiam Curt. d. num. 7. quamvis possit redire † ad suam, si pendente lite inter eum, & alium, qui optavit eandem præbendam, succumbat, quando reservavit sibi iura præstina, ita optando quatenus præbenda optabilis sit, nec aliter, nec alio modo, &c. ut late & optime tradit Abb. consil. 347. num. 4 & seqq. volum. 2. interim vero debet permanere in possessione suæ, ut idem ostendit, num 1. & 2. Tertio infertur decisio illius quæstionis, an stante consuetudine in ecclesia, quod antiquior possit optare; si prior in data sit: secundo receptus, is præferatur posteriori in data, prius tamen recepto, quando per illum non stetit, quin prius recipetur; quamvis enim videatur, quod non, ex eo, quod prior in data sit sicut primo receptus: Tamen † contrarium pulcre decisum fuit per Rot. Rom. 43. decis. 6. num. 1. de consuet. in antiquior. tum ob alias rationes tum maxime, quia illa secunda receptio retrotrahitur, ex quo primus impetrans erat primo recipiendus, nec per eum stetit, quin recipetur, & subicit, quod ita per tres sententias fuit pronunciatum. Rot. sequitur Prob. ad Jo. Monach. d. c. fin. num. 27. vers. & pro intento, de consuet. in 6. &c. Curt. d. seq. 4. numer. II, ubi assignando rationem rationis subdit, non obstat, quod talis non sit vere primo receptus, quia casus fitus æquiparatur vero in terminis predictis, cum conditio † habeatur pro impleta, quando non stat per 44. implere debentem, l. jure civili, ff. de cond. & demonstr. & c. cum non stat. de regul. jur. in 6. c. cum similib. quod etiam adnotasse videtur ibid. Rot. dum ad hoc allegat d. l. jure civili, & c. tibi qui, de rescript. in 6. facit & optime ad hanc decisionem tex. in c. eum cui, de præber.

ben. in 6. ubi mandat Pontifex anteferri in provisione  
 eū, qui prior est in data, licet posterior sit in receptione  
 illo, cui postea similis gratia facta fuit, & prius fui  
 receptus. Et hæc erit singularis limitatio, si est venia  
 ad quartam conclusionem supra positam, in questio-  
 dum ostendimus, regulariter antiquiores in receptione  
 de jure præferri ceteris in optando. Infertur etia  
 45 quarto ratio + prioris rationis ex illis, quibus super  
 hac ipsa conclusione ostendimus, absentes in servitio  
 Papæ, vel ecclesiæ optare posse tanquam præsentes, e  
 o nimis, quia casus ille factus prætentia à jure  
 quiparatur vero in juribus ibi alleg. Quoniam colla-  
 46 gitur + ob eandem rationem, idem dicendum esse  
 absentibus in servitio Episcopi propter tex. in d. c. a  
 cetero, maxime autem, d. c ad audientiam, de clericis non  
 resid. ubi expresse pro ratione cur ii fructu: præbendo  
 percipere debeant, subdit Pontifex, cum absentes dic  
 non debeant, sed præsentes qui tecum Episcopum al  
 loquens pro tuo, & ipsius ecclesiæ servitio commoti  
 tur, ibique notant Abb. & alii ex eo tex. quod statutus  
 disponens in materia juris, verificatur etiam in casu  
 cito, quando casus factus, & verus æquiparantur à jure  
 & in terminis de optione ita voluit Io. An. d. c. fin. Se  
 47 to infertur, + secus videri dicendum in iis, qui ab  
 causa studii ex licentia Prælati vel Papæ, juxta tex. in  
 relatum, & o. tua fraternitatis, de cler. non resid. ut  
 optare non possint, cum à jure expresse non æquipa-  
 rentur præsentibus. Contrarium tamen puto verius,  
 cum nō requiratur, quod expresse à jure dicatur, quod  
 pro præsentibus habeantur, sed sufficit, quod in effe-  
 ctu idem illis à jure concedatur, quod præsentibus, in  
 patet ex iis, qua tradit late Curt. d. sect. 4. nu. 14. in dicto  
 48 autem juribus aperte disponitur, + quod absentes cau-  
 sa studii de licentia Prælati vel indulgentia Papæ per-  
 cipient fructus præbendarum suarum; & hoc est de  
 mente Jo. An. Gem. & Franc. post Anch. d. c fin. a  
 49 consuet. in 6. dum illud solum volunt, + eos, qui non  
 jure, sed ex privilegio percipiunt fructus, ac si reside-  
 rent

rent, optare non possunt, & gaudere aliis juribus, & privilegiis, quæ presentibus competunt tam de jure communi, quam ex consuetudine, vel statuto, ut ait *Franc. d. c. fin. in princip. num. 7.* quod idem quoq; sentire videtur *Gig. d. q. 6; num. 16.* dum ad *Franc. se remittit.* Inficitur denique solutio rationis *Archid. & Jo. de Lig. d. c fin.* dum probare contendunt, absentes in servitio Papæ, vel ecclesiæ optare non posse, quia consuetudo non sit extendenda, & simul etiam patet explicatio secundæ rationis per *Dd. allatæ ad confirmationem nostræ sententiaz*, ejusque solutio, quatenus nobis adversari videbatur, tenentibus contra eos, consuetudinem optandi non esse præter, sed contra jus. Quanquam & aliter ad illam responderi potest, quod nimirum consuetudo contra jus † tunc demum non extendatur ad casum fictum, quando ea ita contra jus est, ut vel ea ipsa à jure improberui, vel id saltem, quod per eam disponitur, directe & expresse reprobetur, non autem solum indirecte; consuetudo autem optandi † non est expresse improbata à jure, immo permissa, ac quodammodo approbata rationi, atque æquitati inititur, ut tradunt gloss. & *Doct. d. cap. fin.* & nos ostendimus, sup. *cap. 2. quest. 1.* neque id, quod per hanc consuetudinem, & statutum inducitur, ut antiquiores eligant meliores præbendas, cum vacaverint, improbatur directe, & expresse à jure, sed solum indirecte, dum prohibet, ne beneficia sine canonica institutione obtineantur, & similia quib. *d. cap. 2. q. 2. concl. 1.* ostendimus, consuetudinem optandi esse non præter, sed contra jus.

QUARO QUARTO, ET POSTREMO, *An optio possit fieri per alium, seu an aliis nomine meo possit optare?*

PRIMA CONCLUSIO. Poteſt quis † optare per procuratorem habentem speciale mandatum: ita ex hoc tex. colligunt hic Doct. communiter, inquit enim textus, possine, cum vacant, per ſe, vel per alios optare præbendas, & probatur, tum quia regula eſt, quod potest

53 rest † quis per alium quod potest facere per se ipsum  
*c. potest, quis de reg. jur. in 6.* & qui per alium facit, per  
 se ipsum facere viderur, *c. qui facit, eodem titul. cum si*  
 54 *mil. tum quia † possunt per procuratorem fieri, quia*  
*specialiter non prohibentur, §. 1. Instit. per quas perso*  
*nas, l. 1. §. casus autem ff. de procur. cum ibi not. per. Doct.*  
*Et de hoc nulla est difficultas.*

55 SECUNDA CONCLUSIO. Potest fieri optio † et  
 iam à procuratore, non habente speciale mandatum,  
 qui tamen constitutus sit cum libera, *juxta forman*  
*tex. in c. qui ad agendum de procur. in 6. ita Io. An. Bui.*  
*Gem. & Franc. d. c. fin. de consuet. in 6. Ratio est, quia*  
 56 *hic procurator † æquiparatur habenti speciale manda*  
*tum, ut habetur in d. c. qui ad agendum, immo & po*  
*test, quæ potest dominus, ut notant. gl. & Dd in l. pro*  
*curator oui, ff. de procurat. Ad hoc idem allegant Doct.*  
*præcit. tex. in d. l. procurator, qui quidem optimus est,*  
*dicit enim ibi Paulus JC. procurator, cui generalis, &*  
 57 *libera administratio bonorum commissa est. poterit † ex*  
*gere, novare, aliud pro alio permutare.*

TERTIA CONCLUSIO. Si procurator haberet  
 generale mandatum, vel negotiorum gestor optet no  
 58 mine meo, & ego ratum habeam optionem, † vult  
*ita Archid. Io. An. Gem. & Franc. d. c. fin. opt. tex. in l.*  
 59 *ego, ff. de neg. gest. ubi dominū † pecuniæ solutæ nego*  
*tiorum gestori creditoris acquiritur creditoris ratifi*  
*catione per eum secuta, & l. communis servus, §. ff. de*  
*procur. ubi si procurator habens generale mandatum,*  
*ut vult gloss. vel ut Bart. & alii, nullum habens man*  
*datum rem emat, acquiritur domino possessio, si ra*  
*tam habeat emtionem. Immo etiam forte idem erit,*  
 60 *si quivis nomine alterius opteret, & is ratum habeat,*  
*ut satis aperte tenent idem Archid. Ioan. An. Gem. &*  
*Franc. loc. cit. & facit tex. in c. accedens, de præben. & in*  
 61 *c. si tibi absenti, eod. tit. in 6. ubi potest quis † per aliu*  
*seu alius pro eo de beneficio investiri, ei que illud con*  
*ferri, licet ius in beneficio non habeat, nisi secura ac*  
*ceptatione, ut dicitur in d. c. si tibi absenti, favebit etiam*  
*tex.*

rex. in d. l. communis servus, §. si. de procur. secundum  
 intellectum Bart. & aliorum intelligentium de eo, qui  
 nullum habet mandatum: Facit & gloss. in c. nonnul-  
 li, §. sunt & alii, ibique Fel. num. 45. & alii dum volunt  
 ad imperrandum beneficium † non requiri manda- 62  
 tum saltem speciale. Facit demum rex. d. c. fin. dum ab-  
 solute permittit, quod per se, vel per alios possit fieri o-  
 ptio. Illud sane certum † mihi est, conjunctam perso- 63  
 nam sine mandato admittri debere ad optandum, ad-  
 mittitur enim in beneficialibus, † ut post Bart. & Imol.  
 64  
 voluit Fel. d. §. sunt & alii, num. 45. & 46. satisque col-  
 ligitur ex rex. d. §. sunt & alii, in fin. qui admittit con-  
 junctam personam etiam in rescriptis ad lites, in quo-  
 rum tamen imprestatione paulo ante requirit speciale  
 mandatum, quod in beneficialibus non requiri  
 mox ex Fel. & aliis diximus; & alias generaliter admit-  
 ti debet † conjuncta persona, si caveat de rato, ut pa- 65  
 tet ex rex. d. §. sunt & alii, & l. sed & ha. in princip. ff. de  
 procur ubi Dd. Covar. lib. I. var. resol. cap. 6. nu. 5. Ni-  
 col. Moz. tract. de contract. tit. de mandat. num. 23. Sunt  
 autem † ha. personæ conjunctæ, quæ sine mandato 66  
 admittuntur parentes, liberi, fratres, affines & liberti,  
 ut habetur in d. l. sed & ha. in princip. ff. de procur. cum  
 hoc discrimine, † quod ascendentes & descendentes 67  
 admittuntur usque in infinitum, ut voluit ibi gloss. in  
 verbo, liberi, ceteri conjuncti intelligentur, & admittuntur usque ad quartum gradum, ut probat Fel. d. §.  
 sunt & alii, nu. 60. Bald. & Doct. d. l. sed & ha. & Co-  
 var. d. num. 5. in princip. ultra quartum autem gradum  
 arbitrarium est judici, qui dicantur conjuncti, ut ibid.  
 dicit Fel. & num. precedenti, ubi etiam post Abb. num.  
 10. & alios tradit, ultra quartum gradum attendi debe-  
 re consuetudinem patriæ, vel etiam curiæ, in qua fa-  
 cienda est imprestatio, & præter rea aff. etionem, quod  
 & late ostendit Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. centur. 2.  
 casu 146. num. 5. 6. & 8. Secus autem dicendum est. ut † 68  
 de canonico, aut alias conjuncto conjunctione spiri-  
 tuali; nam non poterit pro alio sine mandato impe-  
 trare.

30 ALEX. MONET. TRACTAT.

trare, aut acceptare beneficium, ut in specie traduntur.  
 Specul. tit. de rescript. presentatione, §. ratione autem impetrantur, vers. sed nunquid canonicus, 10. An. d. §. sun. & alii, & ibi late Fel. num. 55. quare idem dicendum est in optione. In omnem vero casum etiam in con-  
 juncta persona carnali conjunctione † requiriur ura-  
 tihabitio, ut post Host. 10. An. & Imo. in c. ex parte, rescript. tradit Fel. d. §. sunt & alii, num. 53. illudque so-  
 lum differt à ceteris, quod sine mandato cum cautio-  
 ne de rato omnino admitti debet, ut ex Doct. sup. cit. li-  
 quet. Quod si queratur, An interim, dum sequitur  
 ratificatio optionis per antiquiores, juniores possint o-  
 ptare? Respondeo, probabile mihi esse, † quod abso-  
 lute optare non possint, arg. tex. cum ibi not. in c. si lib.  
 absenii, de prab. in 6. ubi collator non potest resilire  
 collatione per alium absenti facta, nec potest fieri alii  
 collatio pendente acceptatione, seu tempore adac-  
 ceptandum, quod idem fere habetur in clem. cum ei qui  
 §. secus, cum ibi trad. per Card. & alios, de concess. pr-  
 bend. conditionaliter vero poterunt, sic, ubi per anti-  
 quorem optio non ratificetur, vel non intra debitum  
 tempus opto vacantem præbendam, per ex. quæ dicas  
 inf. cap. seq. q. 1. concl. 1. & cap. 6. q. 3. ad f. rem.

SUMMÆ RERUM.

- 1 Optionem gradatim fieri quot modis accipi possit.
- 2 Antiquiores canonici regulariter prius optare de-  
bent, quam juniores.
- 3 Antiquior canonicus si differat optare intra debitum  
tempus vacantem præbendam, quomodo eam pos-  
sit optare junior.
- 4 Agnitio bonorum possessionis, facta per sequentem in  
gradu intra tempus primi, operatur effectum  
suum, ubi prior non agnoscat.
- 5 Expectans posterior in data acceptans intra mensem  
primi, non tenetur amplius acceptare in suo men-  
se, ubi primus debito tempore non acceptavit.
- 6 Optar

- 6 Optans domum, vel prabendam videtur necessario habere debere, quod dimittat. Contrarium num. seq.
- 8 Melius est habere, quam non habere.
- 9 Minus solutum intelligitur, quamvis nihil solutum sit.
- 10 Dictio, seu verbum, amplius, ad eum quoq; pertinet, cui nihil debetur.
- 11 Contingentia ut plurimum attendenda sunt.
- 12 Antiquior canonicus, qui postea mutavit prabendam per collationem, & imperationem in eadem ecclesia, posterior est in optando ei, qui medio tempore receperu- fuit.
- 13 Antiquiore canonico non optante vacantem prabendam, optat sequens, & sic deinceps.
- 14 Dictio, gradatim, in tex. cap. fin. de consuet. in 6. quomodo proprie sumitur.
- 15 Antiquiore optante vacantem prabendam, sequens optare potest prabendam ab eo dimissam, & sic ce- teri gradatim.
- 16 Prabendarum, & canonicorum varii ordines & gradus, & duob. num. seqq.
- 18 Prabenda aliquibus in locis alia subdiaconales, alia diaconales, alia presbyterales.
- 19 Dignitates quadam sunt in ecclesiis collegiatis, & que illae sunt.
- 20 Ordo aliqui annexuine fuerit prabendis de jure an- tiquo.
- 21 Ordo certus annexus erat etiam de jure antiquo di- gnitatibus.
- 22 Subdiaconus esse debet canonicus, ut habeat vocem in Capitulo.
- 23 Prabendis seu canonicatibus cathedralium ex jure Conc. Tridentini debet esse annexus certus ordo subdiaconatus, diaconatus, vel presbyteratus.
- 24 Canonici prabendari, ac dignitates debent infra an- num suscipere ordinem requisitum; & in ea atra- ze esse constituti, ut illum intra idem tempus possint

- possint suscipere. numero 25.
- 26 Optio locum habere potest ex speciali consuetudine, ubi prabenda sunt diversorum generum.
- 27 Optio locum non habet de uno ordine ad alium in cathedralibus, ubi ex Conc. Trident. dispositione certus ordo sacer prabendis, vel potius canonicatis annexus est: secus in aliis ecclesiis collegiatis, ubi ex sola consuetudine, vel statuto certus ordo prabendis annexus sit. Item in dignitatibus, qua non sint reservata, aut si speciali consuetudine inducta sit post Concilium Trid. ut intra diversos ordines fiat optio. num. 18.
- 29 Optans debet admitti per Capitulum, veleum, quod praest Capitulo, nisi tamen hac solemnitas contraria consuetudine sublata sit. numero 30. Imo forte non requiritur etiam tacitus consensus Capituli, sed sufficit notificare Capitulo optionem. num. 31.
- 32 Collatio, aut investitura non requiritur in optione.
- 33 Apprehensio possessionis an sit necessaria in optione prabenda, aut domus, & num. 36.
- 34 Ius in beneficio acquiritur per solam collationem ante apprehensionem possessionis.
- 35 Apprehensio possessionis post collationem beneficii necessaria sit, & ad quid proficit.
- 37 Possessio beneficij & prabenda, seu domus optata, à nemine detineatur, posset capi propria auctoritate.
- 38 Possessio beneficij capi debet ad cornu altaris, secus in prabenda optata.
- 39 Apprehensa possessione prabenda non censetur apprehensa possessio domus optata, neq; apprehensio unius fundo est apprehensus alter.
- 40 Possessio beneficij seu prabenda, aut domus optata intra quantum tempus capi debeat, remittitur arbitrio judicis.

## C A P. V.

*De modo optandi, seu qualiter  
fiat optio.*

Q U A R O P R I M O , *An optio semper fiat gradatim?*

Quatuor † sensus, seu intellectus admittere vide-  
tur hæc quæstio; quorum primus est; An semper anti-  
quiores optent, deinde juniores. Secundus; An ita  
optio fiat, ut qui primus, seu antiquior est, optet, si ve-  
lit, alias optet secundus, & eo nolente tertius, alias  
quartus, & sic deinceps. Tertius; An sicut primus an-  
tiquior optat vacantem præbendam, ita sequens in or-  
dine optet præbendam antiquioris, alias vero, qui eum  
statim consequitur, optet præbendam dimissam ab il-  
lo secundo, & sic de ceteris. Quartus; An sicut intra  
eundem ordinem, & gradum præbendarum, admittera-  
tur etiam optio intra diversos ordines, ut puta quod  
primus, seu antiquior subdiaconus optare possit ulti-  
mam præbendam diaconalem, primus diaconus po-  
stremam sacerdotalem, antiquiorq; sacerdos aliquam  
ex dignitatibus vacantem, quæ in reg. cancellar. Apost.  
non comprehendatur. Ex quibus quoniam hic postre-  
mus intellectus coincidit cum sequenti quæstione, de  
eo ibi agemus. De aliis tribus per sequentes conclu-  
siones respondebimus.

P R I M A C O N C L U S I O . Antiquiores † regulari-  
ter prius optare debent, quam juniores: satis id patet  
ex tex. d. c. fin. ibi, antiquiores, & quod ibi tradunt Doct.  
omnes, de consuet. in 6. antiquiores inquam receptio-  
ne, prout latius explicando ostendimus cap. præced.  
q. 1. concl. 4. Quædam tamen circa hanc conclusionem  
adnotanda sunt, quæ etiam ad sequentis, & illius etiam  
4. conclus. explicationem, modumq; optandi spectant.  
Primo; quod † si canonicus antiquior differt optare  
intra legitimum tempus, ita ut sit periculum, ne illud  
labatur ad damnum juniorum, poterit junior sequens

F 2 optare

optare præbendam, quam ille optare debebat, & tenebit optio junioris in eventum, quo senior, sive antiquior intra tempus statutum non optaverit: ita voluisse videtur gloss pen. d. c. fin. de consuet. in 6. sed apertenent Staphil. tract. de lit. grat. tit. de vi & effect. clausul. vers. successive in hujusmodi literis, sequitur Zerol. in Prax. Episc. verbo, canonia, versic. ad septimum, conclus.

4. Add. ad Rot. decis. 3. de consuet. in no. ad quod optimi facit tex. juncta gloss. in l. fin. C. qui admit. ubi agnitus bonorum & possessionis facta per sequentem in gradum intra tempus primi, qui eum præcedit, & sic ante tempus congruum, operatur effectum suum tempore congruo, nec est necessaria alia agnitus: quod singulare not. ibi Rom. noster vero casus est in fortiorib. terminis, cum hi juniores optent intra legitimum tempus facit & optime, quod post Salic. Cald. & Bellam. contra Jo. An. tradit Staph. loc. cit. quod & quando ex duabus expectantibus secundus in data accepitavat in primi mensem, valet ejus acceptatio, si primus debito tempore non accepteret; neque nova acceptatio requiritur in secundo mense. Secundo not. quod quamvis videatur, & eum canonicum antiquorem, qui optinebat præbendam, vel domum, necessario debere habere realiquid quod dimittat ad hoc, ut præferatur juniori, tum quod optio inter plura cadat, ut sup. cap. 1. q. 1. admonuimus, tum quod id satis aperte colligi videatur ex tex. d. c. fin. dum dicit, illa præbenda, qua opera non fuerit, erit illi, pro quo scripsimus, conferenda: ubi id sapponunt Doct. de consuet. in 6. Ex quo illud sequitur, qui videtur, quod si quis antiquior haberet canonicum sine præbenda, prout accidere potest, juxta tex. in c. eum, cui, de præbendis, in 6. & c. fin. de concess. præbendis, eod. lib. & ea, qua latius trademus inf. c. 7. quæst. 1. v. prout sæpe contingit, domo careat, non poterit optare, sed optabit sequens, qui aliquid habeat, quod dimittat, idque deinde optabit antiquior. Tamen melius rem consideranti apparebit, & illum antiquorem, qui nihil haberet, optare posse, neque ei præferri debet.

junio-

juniores aliquid habentem, quod dimittat, cum quia  
 in hoc casu militant omnes rationes, & aequitates,  
 quas sup. cap. 2. q. 1. adduximus ad ostendendam ratio-  
 nabilitatem hujus consuetudinis, ut cuique facile ap-  
 parebit; tum quia sat est, quod quoquo modo cadat  
 electio; Nam & melius est † habere, quam non habe- 8  
 re, & id recte dicimus, cum & minus solutum intelli-  
 gatur, † etiam si nihil sit solutum, & verbum, *amplius*,  
 † ad eum quoque pertineat, cui nihil debetur, ut sunt 10  
 tex. ad literam, *in l. minus solutum*, & *l. verbum am-  
 plius*, ubi late tradit Rebus. Alciat. & alii ff. de verb. sig.  
 & tradit etiam idem Alciat. *in l. si ita à te*, ff eod. Catel.  
 Cotta, in *Memor. in verbo, minus*, apud quos habes alia  
 pleraque similia exempla, ex quibus quoque fere sol-  
 vuntur contraria. Ad id vero quod ex tex. & Doct. au-  
 thoritate sumitur, dicitur, eos non negare, quin hu-  
 jusmodi antiquior oprare possit, sed attendendo, quod  
 ut plurimum accidit, † *juxta tex. in c. sepe de appell* & 11  
*l. nam adea*, ff. de legib. de iis solum loquuntur qui  
 præbendam habent, vel aliquid, quod dimittant. Ter-  
 tio not. in optionibus † eum non censeri antiquio- 12  
 rem, ideoque præferendum non esse, qui cum prius  
 esset canonicus, postea mutavit præbendam, & cano-  
 nicatum per impetrationem, & collationem, sed præ-  
 ferri debere eum, qui post primam illius receptionem  
 ante tamen secundam receptus fuit in canonicum; &  
 ratio est, quia ille mutavit non solum præbendam, sed  
 etiam canonicatum, atque adeo novus canonicus est,  
 & dicitur noviter receptus, cum non tanquam cano-  
 nicus, ut in optione contingit, sed tanquam extraneus  
 assecutus sit eam præbendam, atque inde videmus de-  
 nio illi capiendam esse possessionem, admittique ad  
 osculum, recipi in fratrem, & similia ei esse facienda,  
 quæ nuper recepti facere consueverunt, atq; adeo me-  
 rito censeri debet posterius admissus, ac receptus, &  
 per consequens in optione huic medio tempore rece-  
 pto postponendus est.

SECUNDA CONCLUSIO. Optio † ita gradatim 13

fieri debet, ut si non optat primus, seu antiquior, optet secundus, seu sequens; alias optet tertius, & sic deinceps; & hic  $\dagger$  est, ni fallor, germanus intellectus illius verbi, gradatim, quod est in textu d. c. fin. quod ita exponit ibi gloss. quam ibid. approbat inter alios Gemin. & Rot. decis. 5. vers. viderunt tamen obstat, de consuet. in no. & decis. 411. nu. 2. 1. part. in noviss. divers. id ipsum etiam pater ex Doct. d. c. fin. in verbo, dum taxat, dum quæruerit post gloss. an illi dies currant omnibus simul, & an juniores teneantur expectare antiquiores per totum illud tempus in optando; & ad primum respondent affirmative, ad secundum negative, juniores non teneri per totum tempus expectare, de quoniam nos latius cap. seq. clare enim supponunt, posse quoque juniores vacantem præbendam optare, ubi non optetur per antiquiores: & de hoc nemo dubitat.

**TERTIA CONCLUSIO.** Optio  $\dagger$  ita quoq; gradatim sit, ut antiquiore optante præbendam vacantem, sequens optet præbendam, quam antiquior dimittit, & dimissam ab hoc optet alter, qui mox sequitur, & sic de ceteris: id satis aperte colligitur ex text. d. c. fin. dum ait, poterunt ipsi antiquiores juxta consuetudinem eandem optare, cum præbenda vacabit, & illa quæ optata non fuerit si nulla sit debita erit illi, pro quod scripsimus, conferenda. Ex quo enim dicit in plurali antiquiores, & mox, volentes, de pluribus loquitur simul optantibus, ut in simili not. gloss. d. cap. fin. verbo, dum taxat, cum maxime subdat tex. & illa, quæ optata non fuerit, quasi una ex pluribus, quæ optatae fuerint. Sed aperte id sentit gloss. in verbo, non fuerit, ubi rationem assignans ad verba tex. superius relata, inquit, ex quo enim vacant præbenda, necesse est unam remanere non optatam. De illa igitur subdit, provideatur impetranti. Et in hac quoque conelusione nemo, quod viderim, contradicit.

**QUÆRO SECUNDO.** An optio semper fiat in tra-  
cundem ordinem & gradum?

Prænotandum est primo, in aliquibus ecclesiis col-  
legia-

legiatis † ex statuto, vel cōsuetudine dari tres ordines 16  
 præbendarum, seu potius canonicorum, ut alii sint in-  
 feriores, qui vocātur *scholares*; quia sunt sub cara obe-  
 dientia, & regimine scholastici; quidam dicuntur *me-  
 dii*, & vocantur *emancipati*, quidam *majores*, qui soli  
 habent vocem in Capitulo, & vocantur *capitulares*; ta-  
 men præbendæ omnium sunt æquales, & non aliter  
 quis potest ascendere ad majorem gradum, nisi per  
 ordinem primo fuerit in inferiori, & de illo ascenderit  
 ad medium, & hic ascensus sit secundum ordinem re-  
 ceptionis, de qua cōsuetudine Rot. Rom. decis. 9. num.  
 1. de consuet. in antiq. Franc. Marc. decis. Delphin. 1271.  
 num. 4. 1. part. & Rom. consil. 227. In aliis vero ecclesiis  
 † quædam sunt præbendæ majores, quæ non dantur 17  
 nisi presbyteris; quædam mediæ, quæ solum diaconis  
 & subdiaconis; quædam minores, quæ assignantur in-  
 ferioribus, quæ consuetudo est Gratianopoli, teste  
 Franc. Marc. decis. 1260. In aliis demum plerisque † 18  
 quædam sunt præbendæ, quæ solum sacerdotibus, a-  
 liæ quæ solum diaconis, tertiæ, quæ solis subdiaconis  
 assignantur, quitamen omnes canonici sunt; & præ-  
 terea quædam † sunt dignitates, puta Archipresbyter- 19  
 ratus, Archidiaconatus, Primiceriatus, Pæpositura, &  
 Decanatus, prout in ecclesia nostra Mediolanensi, de  
 qua distinctione passim jura loquentur, præsertim c. 1.  
 de at. & qual. c. ei cui, & c. cui de non sacerdotali, ubi  
 Doct. de præben. in 6. & in c. constitutus, de concess. præb.  
 & clem. ut hi qui, de atat. & qual. & Trident. Concil.  
 sess. 22. c. 4. de reform. & sess. 24. cap. 12.

Prænotandum secundo, quod quamvis forte de ju-  
 re communi antiquo † non esset alicui præbendæ ne- 20  
 cessario aliquis ordo annexus, ut voluit inter alios Abb.  
 in c. 2. num. 5. de instit. (dignitatibus dumtaxat † exce- 21  
 ptis quibus certus ordo annexus est, per text. d. c. 1. de  
 at. & qual. ) cum id causum non reperiatur; cum quo  
 nihilominus stat, † quod etiam eo jure antiquo non 22  
 nisi subdiaconus vocem haberet in Capitulo, clem. ut  
 hi qui, de at. & qual. quod etiam dispositum deinde

suit in Tridentin. Synodo, d. sess. 22. cap. 4. Tamen de  
 23 jure novo † debet saltem in ecclesiis cathedralibus  
 cuique canoniciatui seu præbendæ esse ita annexus or-  
 do presbyterii, diaconatus, & subdiaconatus, & ad E-  
 pisopum cum consilio Capituli spectat designatae  
 distribuere, prout viderit expedire, quibus quisque or-  
 do ex sacris annexus esse debeat, ut dimidia saltē pa-  
 presbyteri sint, ceteri vero diaconi, aut subdiaconi, nisi  
 alicubi laudabilius esset consuetudo, ut vel plures, ve  
 omnes sint presbyteri, quæ omnino debet observari  
 ita disponitur in Tridentin. Concil. d. sess. 24 c. 12 quo  
 24 quidem ordines † debebunt præbendati infra annum  
 cessante justo impedimentoo suscipere; ut habetur d.  
 sess. 22. c. 4. & hoc sub pœnis, de quibus in d. clem. ut hi-  
 qui, hoc est, ammissionis dimidiarum distributionum,  
 & vocis in Capitulo, donec promoteantur: neque ca-  
 nonicatum, aut dignitatem obtinere quis poterit, nisi  
 25 † in ea saltem ætate sit constitutus, ut infra annum  
 possit illo ordine iniciari, quem talis canoniciatus, aut  
 dignitas requirit, ut d. sess. 22. cap. 12. His prænominis  
 sic

PRIMA CONCLUSIO In primo casu consueta  
 26 dinis, de qua in primo not. puto probabiliter † posse  
 contingere optionem: ita in specie voluit Zerol. in  
 Praxi Episc. verbo, canonia. versic. ad septimum, in prin-  
 cip. juncta gloss. Et Abb. cons. 159. num. 20. Et 21. vol. 1.  
 ita etiam colligi videtur ex Rot. decis. 9. de consuet. in na-  
 t. Et 9. d. eod. iit. in antiquis, Et decis. 411. num. 4. 7. Et 8.  
 part. 1. in noviss. Et Franc. Marc. d. decis. 1271. num. 3. Et  
 4. sed clarius id sentit Rot. Rom. decis. 10. de præbend. in  
 antiquis. Et hoc propter specialem consuetudinem super  
 hoc inductam, ut patet ex iisdem Doctoribus; alias  
 enim simplex consuetudo optionis intra eundem or-  
 dinem introducta ex se ad diversos ordines extendi  
 non deberet.

27 SECUNDA CONCLUSIO In casu † secundæ, &  
 tertiae consuetudinis, de qua in d. 1. not. per quas distin-  
 citi sunt in ecclesiis ordines præbendarum, & canonici-  
 catuum,

catuum, ut alii sint sacerdotales, alii diaconales, alii  
subdiaconales, alii etiam inferiorum ordinum, puto  
quod in ecclesiis cathedralibus, ubi ex decreto Tri-  
dent Concilii sunt solum distincti ordines sacerdotii,  
diaconatus, & subdiaconatus, iique annexi sunt cano-  
nicatibus, non possit regulariter locum habere optione,  
nisi specialis de hoc consuetudo legitime prescripta  
rationabiliter inducatur, quod probo ex eo, quia ex  
dispositione predicti Concilii, iuncto tex. d. clem. ut hi  
qui, & c. ei cui, & c. cui de non sacerdotali, de prab. in  
6. illi ordines non tam præbendis annexi sunt quam  
canonicatibus, iique designati sunt, vel designari de-  
buerunt per uolumquemque Episcopum. Cum ergo  
per optionem mutetur quidem præbenda, sed nou-  
canonicatus, ut dicam inf. cap. 7. quest. 1. antiquior sub-  
diaconus, vel diaconus optando ultimam diacona-  
lem, vel presbyteralem præbendam, aut simul canoni-  
catum mutabit contra optionis rationem, aut cum  
idem canonicus sit, ordinem, & onus alteri canonica-  
tui annexum suscipiet contra designationem a conci-  
lio requisitam. Secus vero erit † in aliis ecclesiis colle- 28  
giatis, ubi ex sola consuetudine, vel statuto iidem or-  
dines, vel alii annexi sint præbendis: poterit enim per  
statutum, & consuetudinem optari præbenda, simulq;  
assumum censebitur onus celebrandi, vel canendi  
Evangelium, & simul se intra annum promoveri faci-  
endi ad ordinem requisitum, sufficietque tunc, quod  
semper maneat idem numerus præbendarum, quibus  
talis ordo annexus sit. Et ratio est, quia tunc præben-  
dis ipsis annexus erit ordo non autem canonicatibus,  
& in his terminis intelligendum est quod vult Abb.  
conf. 347. num. 1. & 4. vol. 2. dum supponit, posse eum,  
qui habet præbendam diaconalem, optare sacerdota-  
lem. Item gloss. d. c. fin. verbo, antiquiores, & ibi ceteri  
dum contendentes, speciali consuetudine induci pos-  
se, ut major ordine præferatur in optione, aperite sup-  
ponunt, inter diversos ordines admitti optionem. Ea-  
dem plane ratione in optandis domibus, quæ annexæ

non sint præbendis, vel canonicatibus, hujusmodi distinctione ordinum attendenda non erit, sed antiquiores simpliciter in receptione præferentur in optione domus vacantis, quamvis ea fuerit canonici diversi ordinis. **Quod** idem propter eandem rationem dicendum erit in consuetudine inducta post concilium contra illam præbendarum secundum diversos ordines distinctionem, & simul etiam de dignitatibus, quæ non sint primæ post pontificalem in cathedralibus, neque præcipuæ in collegiatis (hæc enim cum ex reg. 3. cancellariæ reservatæ sint, non admittunt optionem, juxta supra late tradita cap. 3. q. 2. conclus. 2.) in illis namque licet non per extensionem, tamen ex speciali consuetudine fieri poterit optio, ut in specie voluit Zeroldi versic ad 7. in princip. & Rot. decis. 411. nu. 4. I. part. in noviss.

QUÆRO TERTIO ET POSTREMO, *Analysa*  
qua solemnitates requirantur in optione?

**TERTIA CONCLUSIO.** Ex parte ipsius Capituli ut plurimum t̄ requiritur, ut qui optat, admittendus sit per Capitulum, vel eum qui præest Capitulo tempore, quo ille se petit admitti, vel per alium, prout consuetum: ita in terminis tradit Rot. decis. 6. num. 7. consuet. in no. poterit tamen t̄ hæc solemnitas per contraria consuetudinem aboleri, ita ut sufficiat tacitus consensus Capituli, approbantis saltem consuetudinem optandi, prout nunc quotidie sit. Imo satis probabiliter sustineri potest t̄ non esse necessarium consensum Capituli, sed sufficere, ut optantes notificant Capitulo optionem, & consensum requirant, licet non obtineant, eo quod optent vigore consuetudinis jam inductæ, quæ vim legis habet, ut optime tradit Abb. cons. 159. nu. 15. volum. I. & ubi etiam requiretur consensus, is præsumeretur tam ex vicinitate locorum juncta antiquitate, ut bene deducit idem Abb. num. 14. II. 32 Iudicium sane t̄ indubitatum est, nullam requiri collationem, aut investituram, ut patet ex Io. An. Gemin. & aliis, d. c. fin. de consuet. in 6. Cassad. decis. 17. de præbend.

Rot.

modi di  
antiquio  
optioni  
diver  
m dicens  
iūm con  
dines d  
quæ no  
is, nequ  
g. 3. cap  
em, juxta  
namque  
i consue  
Zerol. d  
I. part. m  
5. Analis  
ius Capi  
dmitten  
pitulot  
prout d  
num. 7.  
per co  
ciat tac  
onsuetu  
satis pro  
iūm con  
otifcent  
licet non  
finis jam  
edit Abb  
etur con  
rum jun  
m. 14. II  
collatio  
in. & a  
prabend  
Rot.

Rot. decis. 10. eod. tit. in antiqu. & alibi sape Abb. d. consil. 159. n. 13 post Card. conf. 126. col. 3.

SECUNDA CONCLUSIO. Ex parte ipsius optantis rutius puto esse, † apprehendere possessionem præbendæ, vel domus optata, quamvis enim per ipsam optionem acquiratur jus in præbenda optata, absque ulla possessionis apprehensione; sicut etiam, ubi requiritur collatio in beneficio, per solam collationem † 33 ante apprehensionem possessionis, acquiritur jus in beneficio, ut voluit gloss. communiter approbata in c. pen. in verbo, collatio, de praben. in 6. & est optimus tex. in cap. si sibi absenti, eod. tit. & lib. & in c. ult. ubi Doct. de concess. praben. in 6. & late tradit Dyn. in c. 1. de reg. jur. in 6. & Covar. lib. 3. var. resol. cap. 16. num. 1. Tamen † tum propter fructuum perceptionem, tum propter interdictum unde vi, tum propter regularem annualis & triennalis possessoris prærogativam, tum etiam propter alios effectus requiritur corporalis possessionis apprehensio, prout tradunt Abb. & alii in c. cum super de caus. possess. & propr. Franc. c. si à sede de prabend. in 6. Covar. d. c. 16. num. 6. in princip. & num. 7. versic. Secundus casus, ac versic. seqq. nec non & num. 8. & in † hac specie optionis consuluit Franc. Marc. dec. 1265. 36 per totam, ut possessio corporalis apprehendatur. Illud sane certum est, † possessionem hanc domus, vel præbendæ ab alio dimissæ, posse ab optante propria auctoritate apprehendi, ubi à nemine detineatur, prout in beneficiis, quæ per collationem tribuuntur, ex communis sententia resolvunt Rebus. in Prax. benef. titul. de missione in possess. num. 5. ac Covar. d. c. 16. nu. 7. vers. 3. casus, & num. 8. ubi & toto illo cap. optime tractat, quæ ad apprehensionem beneficij spectant, neque tamen necesse est, † possessionem apprehendi ad cornu 38 altaris, seu in ipsa ecclesia cum id proprium sit, quando acquiritur novum beneficium, ut patet ex Abb. d. c. cum super, Anch. in reg. sine possessione de reg. jur. in 6. cum aliis, quos refert, & sequitur Covar. d. c. 16. num. 10. 11. & 13. Duo tamen non omittam. Alterum quod

39 Si simul quis legitime optaverit, & domū & præbendam, cum apprehendenda sit corporalis possessio ipsorum rerum, puta fundorum, qui sunt de præbenda, ut ipsius domus, non sufficiat acquirere possessionem unius fundi, sed omnium capienda erit. Sed neque sat erit acquirere possessionem vel præbenda, vel domini nisi apprehensio fiat in ecclesia, per ea quæ post Dyn. d. 1. ibi q. 10. An. & Franc. aliosq; nonnullos tradit Corv. d. n. 13. De quo etiam videndus est Dyn. d. c. 1. Alterum est, quod cum nullum à jure, vel à Doctoribus tempus certum statuatur apprehendendi possessionem sive in collatione, sive in optione, id remittetur tibi judicis arbitrio, juxta ea, quæ late tradunt Io. Coras in lib. 4. Miscell. jur. cap. 12. n. 6. & Menoch. de arbitr. judic. lib. 1. q. 14. num. 2. 5. & 6.

## SUMMÆ RERUM.

- 1 Optio fieri debet intra viginti dies, etiam ubi in nullus ad sit executor, aut expectans. num. 2.
- 3 Tempus optandi minui potest per Capitulum.
- 4 Favori suo quilibet potest renunciare.
- 5 Tempus legitimum optandi tunc demum minui potest per Capitulum, si in id consenserint omnes optiones volentes.
- 6 Singuli de Capitulo consentire debent, ubi de singulorum prajudicio agitur.
- 7 Tempus viginti dierum ad optandum prorogari potest per Capitulum, que tamen prorogatio non obesset Apostolicis imperantibus. numer. 8. nisi esset inducta confuetudo post text. d. cap. fin. de consuet. in 6. numer. 9. secus vero in statuto. numero 10.
- 11 Tempus optandi currit omnibus simul, & unicum datur.
- 12 Tempus quod pluribus datur, etiam gradatim aliquid agendum, omnibus simul, & collective datum censetur.

13 Temp.

- 13 Tempus redimendi à statuto præfixum currit simul omnibus consanguineis, quamvis unus alteri præferatur.
- 14 Mensis, qui pluribus expectantibus datur, omnibus simul currit.
- 15 Tempus unicum viginti dierum ad optandum, ne aliis præter antiquorem labatur, quæ cautela sint adhibenda, & cum seqq.
- 16 Consanguinei remotiores possunt cogere proximiores, ut ante annum sibi à statuto præfixum retrahant.
- 17 Iuniores possunt optare etiam antequam optent antiquiores.
- 18 Tempus optandi solum currit à die scientia vacatio-
- 19 Tempus sex mensium ad conferendum ordinariis solum currit à die scientia & vacationis.
- 20 Tempus optandi non modo non currit toti collegio canonorum ignorantis vacationem, sed neq; singularibus personis, si aliis scientibus vacationem, aliqua ex illis eam ignorent.
- 21 Tempus optandi non currit ex eo, quia vacation nota sit in ecclesia, vel loco beneficii, nisi ibi sint praesentes, qui optare volunt.
- 22 Notitia facta, de qua in clem. unica, §. certum, de concess. præb. procedit solum in casu speciali illius clem.
- 23 Ignorantia affectata & supina non excusat, quia currat tempus, cum utraque pro scientia habeatur.
- 24 Ignorantia supina quæ sit, que ve probabilis, remittitur arbitrio judicis.
- 25 Lex inferioris quando presumatur sciri, arbitrium est judicii.
- 26 Scientia probatur præsumptionibus, & conjecturis.
- 27 Vicinus, & consanguineus præsumitur scire facta vicini & consanguinei: multo vera magis id verum erit in presente, num. 28.

## 94 ALEX. MONET. TRACTAT.

29 Scientia presumitur de eo, de quo est publica vox, vel fama, vel quod publice contigit. num. 30.

31 Scire quis presumitur ea, qua sunt in loco, quem frequentare solet. 53

32 Praesumtiones, &amp; conjectura scientie tolluntur, probetur absentia, vel alia justa ignorantia causa. 54

33 Ignorantia regulariter presumitur.

34 Ignorantia quando juramento probetur, remissiva.

35 Scientia, vel ignorantia quomodo probetur, vel presumatur.

36 Mors vel ejus notitia, quomodo probetur, remissiva.

37 Vacatio beneficii per contradictionem matrimonii, per assecutionem alterius, aut resignationem quomodo probetur, remissiva.

38 Notitia vacationis beneficii, qua sufficiens sit, &amp; quando presumatur.

39 Tempus optandi forte non currit justa de causa impedito.

40 Impedito non currit tempus, ubi impedimentum non sit affectatum.

41 Minoribus impeditis non currit tempus optandi.

42 Prescriptio temporalis non currit minori.

43 Minores, &amp; juste impediti restituuntur lapsu temporis reoptandi.

44 Absentes justa de causa restituuntur in integrum.

45 Impedimenta ob qua competit restitutio, remissiva.

46 Minor, &amp; juste impeditus regulariter restituuntur adversus qualibet omissa, &amp; lapsu temporum ad aliquid agendum.

47 Restitutio forte non datur etiam minori in meritis spiritualibus: secus in iis, qua sunt solum annexa spiritualibus, prout est materia beneficialis. num. 48. &amp; licet de lucro captando agatur. num. 49. autres integra non sit num. 50. maxime ubi minor alias non habeat unde vivat. num. 51.

52 Capitulum, seu collegium universum restituitur ex edict. minorum, ubi agitur de servanda consuetudine,

tudine, seu statuto optandi, quia nemo optavit, alia secus.

53 Index competens in causa restitutionis in integrum adversus omissam optionem quis sit.

54 Arbitri, & arbitratores an possint restituere, vel saltem pronunciare esse restituendum, remissive.

## C A P. VI.

## De tempore optionis, seu quando optandum sit.

Q U A R O P R I M O, Intra quantum tempus fieri debet optio?

Respondeo, quod regulariter loquendo † fieri debet intra 20. dies. Quamvis enim tex. d. c. fin. §. ne autem, de consuet. in 6. loqui videatur solum, ubi est expectans, seu executor, tamen id absolute † in omni casu locum habere, etiam ubi nullus adsit executor, vel expectans, exponit, ac tenet ibi gloss. in verbo, 20. dies, ubi Archid. Io. An. Gemin. Franc. & ceteri, quod etiam voluerunt Add. ad Rot. decis. I. num. 8. de rer. perm. in no. Franc. Marc. decis. Delphin. 1258. nu. 5. Abb. consil. 159. n. 3. vol. I.

Q U A R O S E C U N D O, An possit hoc tempus prorogari, vel minui?

P R I M A C O N C L U S I O. Minui † potest hoc tempus per Capitulum ipsum, satis id colligitur ex gloss. pen. d. c fin. & clarius ex Franc. ibid. in §. ult. ad fin. ex eo, quod dilatio hæc in favorem optare volentium inducta est, cui quilibet † renuntiare potest, c. ad Apostolicam, de regul. l. si quis in conscribendo, C. de pact. cum simil. dum tamen † in id quoque consenserint omnes optare volentes. Neque enim singulis nocet † factum à majori parte collegii in præjudicium singulorum, nisi omnes consentiant, ut voluit gloss. in l. 2. verbo, aut legem. C. quæ sit long. consuet. quam sequitur Bartol. in proœm. ff. num. 5. Fel. in c. cum omnes, numero 18. & ibi Andr.

Andr. ab Exea. numero 279. de constitut. & alii paf-  
sim.

7 SECUNDA CONCLUSIO. Poterit † quoq; pe-  
Capitulum hoc tempus 20. dierum prorogari: ita te-  
net Zerol. in Prax. Epis. verbo, canonica, vers. ad 7. alle-  
gat Tiraq. de utroq. retr. §. 1. gloss. 10. nu. 58. sed nihil de  
hoc ibi dicit, neque alibi, quod viderim: allegat etiam  
gloss. d. c. fin. verbo, duntaxat, sed nec ipsa id dicit: ho-  
sane tenet Jo. An. in repet. d. c fin. in verbo, duntaxat  
qnem ibi sequitur Gemin. & Franc. qui tamen ibid.  
tradunt, quod hæc consuetudo, seu statutum indu-  
8 cens majus tempus nō præjudicaret † Apostolicis im-  
9 petrantibus per illum text. nisi consuetudo inducatur  
esset post hunc textum, ut ibid. dicunt Gemin. & Fran-  
cum possit induci consuetudo contra illum textum,  
10 & sic præjudicaret etiam impetrantibus, secūs † vero  
inquiunt, est in statuto, nam inferiores non possunt sa-  
cere statuta contra jus, Clem. ne Romani, de elect. cum si-  
milibus.

QUARE TERTIO, An hoc tempore 20. dierum  
currat simul omnibus optare volentibus, an vero singu-  
li, seu unus post alium habeat 20. dies ad optandum.

11 Respondeo, currere † omnib. simul, & unicūm tem-  
pus omnibus dari: ita colligitur ex Archid. d. c. fin. al-  
fin. sed clare id tenet gloss. in verbo, duntaxat, quam illi  
sequitur Gemin. Franc. & ceteri, nec non & Franc. Mar. d. decis. Delphin. 1258. nu. 5. 1. part. Add. ad Rot. d. deci-  
1. numer. 8. de rerum permut. in no. & Tiraq. de retrah.  
convent. §. 2. gloss. unic. num. 66. post Oldr. cons. 137. pta-  
res sunt, col. 1. vers. 3. videtur Io. An. in Addit. ad Spec-  
cul. rubr. de concess. præbend. colum. 1. versicul. Secundo  
videtur. Card. clem. 1. §. secus, quæst. 6. de concess. præbend.  
Quæ conclusio probatur primo ex textu, qui dicit is  
plurali volentes, & addit, duntaxat: unde satis expre-  
saret de mente Pontificis, quod solos 20. dies omni-  
bus concedere voluerit. Secundo ab absurdo; sequere-  
tur enim quod si 20. essent canonici, & singulis tribue-  
re vellemus 20. dies, jam impetrans Apostolicus debe-  
ret

ret expectare ultra annum, quod est contra mentem,  
 & verba textus. Hæ sunt duæ rationes gloss. Tertio  
 probatur ex eo, quia † ubi pluribus etiam gradatim 12  
 datur aliquod tempus ad aliquid gerendum, illud o-  
 mnibus simul negligentibus currit, & collective, non  
 distributive datum censetur, ut satis patet ex tex. in l. 2.  
 §. ult. juncta l. seq. & in l. 4. in princip. ff. de adult. prou-  
 clare deducunt id ipsum adstruentes Tiraq. d. gloss. unic.  
 num. 6 t. 66. & 82. Gemin. & Franc. d. c. fin. §. ult. Ex  
 quo fit, ut omnibus † consanguineis, quamvis unus al- 13  
 teri preferatur, simul currat annus, & dies à statuto  
 præstitutus ad redimendum, ut post Bellam. in t. consti-  
 tutus, colum. 13. de in integ. restit. optime tradit Tiraq. d.  
 num. 66. imo etiam quod mirabile videtur, mensis, qui  
 pluribus expectantibus datur, † simul omnib. currit, 14  
 ut post Io. An. Zenzel. Paul. Lap. & Card. clem. 1. §. se-  
 cundus, aliosq; quam plurimos late resolvit idem Tiraq. d.  
 gloss. unic. num. 83. Quid ergo faciendum, ut omnium  
 optare volentium indemniti consularit? Statuen-  
 dus est per Capitulum terminus † antiquiori duorum 15  
 vel trium dierum ad optandum, & sic de singulis, ut hic  
 locus detur sequentibus, prout optime consulit gloss. d.  
 verbo, dum taxat, quam ibi sequitur Anch. & Gemin.  
 quod si non curant, ut siant, sibi imputent optare vo-  
 lentes; pro quo optime facit, quod traduxit Jac. Rav.  
 Cyn. Alber. & Castr. in l. ult. C. defurt. posie † remotio- 16  
 res cœsanguineos cogere proximiores, ut ante annum  
 retrahant sibi à statuto præscriptum, quod etiam alii  
 tenent apud Tiraq. de retr. lig. §. 1. gl. ff. 10. num. 6. vel  
 optent † & ipsi juniores eodem tempore cum prote- 17  
 statione, quod hoc faciunt i. casu, quo antiquiores  
 non optaverint: ita Butr. d. c. fin. num. 16. ad id allegans  
 gloss. in clem. f. verbo, acceptandum, deprab. Præbendas  
 vero quas antiquiores dimittere debent, optare inter-  
 rim poterunt juniores cū protestatione, quatenus ex  
 per antiquiores dimittantur. Pro quo faciunt qua sup.  
 diximus cap. 4. q. 3. concl. 2. illat. 2. & cap. 5. q. 1. concl. 1.  
 Quamquam etiam non est quod querantur juniores,

dum antiquiores expectant usque ad finem 20. dierum forte ut rectius deliberent; nam & ipsi interim poterunt deliberare.

Quæro Quarto, *An hoc tempus 20. dierum currat à die vacationis, an à die scientia ejusdem vacationis, & quomodo?*

PRIMA CONCLUSIO. Cōmuni opinio est, quod 18 solum currat † à die scientiæ; ita voluit gloss. d.c.fin. in verbo, 20. dies, ubi Archid. Jo. An. Gem. Franc. & ceteri omnes. Franc. Marc. decis. *Delphin.* 1258. num. 5. part. Add. ad Rot. decis. 1. de rer. permut. in no. Zerol. in *Prax. Episc. in verbo, canonia, vers. ad septimum concl. 2. & Tiraq. de retract. lign. §. 35. gloss. 4. num. 14.* ubi cum multis num. anteceden. & conseq. multa adiūtia affert similia, & exempla quibus idipsum comprobare potest, ego illo contentus ero, quod afferunt gloss. & Dd. omnes, d.c.fin. sumto exc. quia diversitatem decon- 19 cess. praben. ubi tempus † sex mensium, quod datur Pra- latis ad conferendum, declaratur solum currere à die scientiæ, id quod etiam disponitur in c. licet, de suppl. negl. Pralat. & late traditur ibi per Doct. & Tiraq. d.g. 4. numero 7. Hanc vero conclusionem puto procedere 20 ref. non modo respectu totius collegii, & Capituliciorum, ut illi ignorantia non currat hoc tempus, sed etiam singularibus, & aliquibus ex illis, si forte illis scientibus ipsi ignorent vacationem justa aliqua de causa, idque quoniam militat eadem ratio; neq; tunc obstat, quod hoc tempus currat omnibus simul, nam vel id procedit solum, ubi adsit expectans, vel ira- piendum, ut unus post alium illud tempus non habent singuli.

SECUNDA CONCLUSIO. Ad hoc, ut currat ho- 21 tempus ad optandum, non sufficit † dicta illa notitia de qua in clem. unica, §. ceterum, de concess. praben. quoniam irum vacatio sit nota in loco, vel ecclesia benchi, quicquid voluisse videatur Jo. An. d.c.fin. tu quia contra eum in specie tenentibid. Gemin. & Francum quia id aperte colligitur ex gloss. pen. d.clem. un- & il.

& ibi Card. Imol. & aliis dicentibus,  $\dagger$  speciale id esse 22  
 in casu d. clem. tum propter verba tex. dicentis, predicta  
 vacationis notitiam, & mox, in hoc casu; tum propter  
 speciale rationem illius rigoris, quia non perit ex-  
 pectantí in totum privilegium acceprandi etiam pro  
 illa vice, cum possit aliud beneficium acceprare. Sed  
 antequam quæstionem hanc egrediamur, illud adno-  
 randum est, ignorantiam affectaram, aut supinam non  
 excusare; quin currat tempus, cum utraq;  $\dagger$  pro scien- 23  
 tia habeatur, ut de prima est tex. in l. qui contra. C. de  
 incest. nupt. & in c. cum inhibitio, §. si quis vero, ibi, af-  
 fectatores ignorantia, de clandest. deßpons. cum alius ple-  
 ne adductus per Tiraq. d. gloss. 4. num. 28 & 29. de secun-  
 da est gloss. in clem. 1. in verbo, scienter, de consang. &  
 affin. & est optimus tex. in l. nec supina, ff. de jur. & fact.  
 ignor. & in l. & consensus. §. ignorantia, ff. de contrahen-  
 emt. faciunt & optime quæ late de hujusmodi supina  
 ignorantia tradit idem Tiraq. d. gloss. 4. num. 34 & 35.  
 Dubium aurem est, quæ dicatur supina ignorantia, &  
 quæ probabilis. Aliqui enim dicunt, supinam esse  
 ignorantiam, ubi scientia præsumitur, quod tenuit  
 Odd. in tract. de restit. in integ. q. 8. art. 10. nu. 59. 60. &  
 seqq. ubi plura affert exēpla, gloss. vero in d. clem. 1. ubi  
 ceteri, de concess prob. ex eo tex. colligunt, eum, qui sci-  
 re potuit per se vel per alium excusandum non esse,  
 imo habendum esse pro scientia. Mihi autem proba-  
 bilius est,  $\dagger$  id totum remittendum esse arbitrio judi- 24  
 cis: colligitur id ex Card. in d. clem. 1. §. ceterum, num. 9.  
 post gloss. in c. si clericus, in verbo, negligenter, de pra-  
 ben. in 6. pro quo facit quod  $\dagger$  arbitratum est, quando 25  
 præsumatur sciri lex inferioris, ut post aliostradit Me-  
 noch. de arbitr. lib. 2. cas 186. num. 1. Et quoniam etiam  
 conjecturis, & præsumtionibus  $\dagger$  probatur scientia, 26  
 ut inter alios tradunt Borgn. decis. 36. nu. 27. 1. part. Me-  
 noch. de arbitr. jud. lib. 2. cas. 89. num. 17. & late probat  
 Mascard de probat. concl. 1293. num. 1. poterit judex, &  
 bonus vix ex iis se informare, quæ de scientia præsu-  
 menda passim tradunt Doct. quorum duos præcipuos

casus, qui ad rem nostram facere possunt, hic adjungē.  
 27 re volui. Primus est, in vicino, † & consanguineo, qui  
 scire præsumitur facta vicini, & consanguinei, Odd.  
 tract. de rest. q. 8. art. 10. num. 62. & 65 post Bal. & alio  
 Menoch. de præsumt. lib. 1. quæst. 77. nu. 8. lib. 2. præsum  
 51. nu. 43. & 44. lib. 3. præsumt. 124. num. 27. & tam  
 lib. 6. de præsumt. 24. per totā. Mascard. d. concl. 1293  
 9. 15. & 18. uti tamen eam conclusionem multipliciter  
 28 stringunt, ac declarant. Multo vero magis † in piz  
 sente scientia præsumetur, ut fuse probat Mascard.  
 conclus. nu. 22. & Menoch. d. lib. 6. præsumt. 21. num. 6  
 29 Secundus, quando † de aliquare est publica vox, & la  
 ma: late Mascard. d. tract. conclus. 1100. num. 2. Menoch.  
 d. præsumt. 23. nu. 70. & de arbitr. jud. lib. 1. cas. 186.  
 8. post Dec. in c. cognoscentes, num. 18. ibi q. Fel. num. 17  
 30 de constit. Cui affine est, quod dicitur, † scientiam piz  
 sumi de eo, quod publice contigit, & est notorium, &  
 inter alios late tradit Menoch. de præsumt. d. præsumt  
 23. n. 68. & 69. Odd. d. art. 10. num. 67. quod idem ei  
 31 de iis, quæ sunt † in loco, ubi quis solet frequenter  
 ut optime ostendit Mascard. d. conclus. 1100. nu. 1. Ce  
 ca quas tamen, & similes præsumtiones & conjectur  
 32 scientiæ adnotandum est, eas ut plurimum † tolli  
 probetur absentia, vel similis causa, quæ justam igno  
 rantiæ causam præbeat, ut post Bal. d. c. cognoscentes, illi  
 que Abb. num. 10. Fel. & Dec. nu. 19. Ebro. num. 34.  
 liosq. quamplurimos late ostendunt Menoch. d. cas. 186.  
 nu. 16. Mascard. d. conclus. 1100. nu. 3. & 880 num  
 eod. Quando vero hæc ipsa ignorantia ( quæ etia  
 33 alioqui † præsumitur, l. super servis, ubi gloss. & Bal.  
 C. qui milit. non poss. cum simil. de quibus late inter  
 teros per Mascard. d. conclus. 880. num. 3. & Menoch.  
 præsumt. lib. 4. præsumt. 116. num. 35. ) quando in qua  
 34 juramento † probetur, habes late per Mascard. concl  
 881. & Menoch. d. cas. 186. fere per tot. Alios vero cal  
 35 † quibus ignorantia, vel scientia præsumatur, aut pro  
 betur, habes per eo idem Menoch. Odd. & Mascard. in  
 omnibus super. alleg. & Sot. reg. 175. Sed ad rem propria

adūnge-  
i, Odd. d  
l. & alia  
2. presun  
. & lami  
cl. 1293  
slicitern  
† in piz  
Tascard.  
. 1. num.  
vox, & h  
2. Menod  
cas. 1861  
d. num. 17  
ntiam pia  
otorium. u  
d. presum  
d idem en  
equentur  
nu. 1. C  
conjectur  
† tollit  
Istam igno  
fscentes, ih  
num. 54. u  
d. cas. 1861  
380 num.  
qua etia  
oss. & Bar  
ate inter a  
Menochi  
ido in qua  
ard. concl  
vera calu  
tur, aut pi  
Tascard. in  
cem propu  
acc 200

accedendo, quoniam vacatio beneficii, de cuius notitia quærimus, quando præsumatur, contingere potest vel per mortem, vel etiam alia ratione, quomodo & probetur mors, vel ejus notitia, colligere poteris ex 36 iis, quæ late tradit *Mascard. conclus. 1069. cum tribus seqq. & nuperrime Afin. in 2. part. sua Prax §. in princip. tex. per totum.* De vacatione vero & per contractum 37 matrimonii, per successionem alterius, aut resignationem videndus est idem *Mascard. d. tract. de probat. concl 182 183. & 1395.* In specie vero de notitia & vacationis beneficii, quando præsumatur atq; sufficiens sit, videri possunt *Doct. in c. licet, de suppl. negl. Prælat. c. quia diversitatem, de concess. præbend. & clem. unic. eodem tit.*

QUÆRO QUINTO ET POSTREMO, An sic-  
ut hoc tempus non currit ignorantia, ita etiam aliter justa  
de causa impedito, aut minori, vel saltem aliqua ratione  
iisdem succurratur?

PRIMA CONCLUSIO. Probabile est, quod si ii omnes, qui optare debebant, juste impediti fuerint, durante tali impedimento illud tempus & iis non currit; optimus rex. in l. 1. C. de annal. except. l. ob cōmissa, C. de adulst. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excus. tut. l. ult. §. donec, C. de jur. delib. c. quia diversitatem, de concess. præbend. cum aliis similib. Ex quibus illa regula fit, quod impedito & non currit tempus, quam inter alios probat 40 *Tiraq. de retract. lign. §. 3. gloss. 4. num. 6. & de retract. convent. §. 2. gloss. un. num. 78.* dum tamen illud impedimentum non sit affectatum, per ea, quæ late tradit idem *Tiraq. de retr. lign. §. 35. gloss. 4. num. 29.* Multo ve-  
ro magis id verum erit, si aliqui ex iis & sint minores: 41 iis enim saltem non currit hujusmodi tempus, durante justo impedimento, cum præscriptio temporalis & 42 minoribus non currit, sed ipso jure tuti sint, ut est rex. in l. fin. C. in quibus ca. rest. in int. non est necess. loquens de præscrip. legali, quod latius prosequitur *Sfort. Odd. tract. de rest. in integ. q. 88. art. 2.*

SECUNDA CONCLUSIO. Ubi etiam ipso jure cur-

- 43 rat tempus illud optandi, adhuc competit t̄ tam minoribus ex causa extatis, quam absentibus aliisve justis impeditis in integrum restitutio. Illud enim regulare t̄ est, absentibus justa de causa succurri per restitutio in integrum, ut est text. in l. 1. ff. ex quibus can mai. l. & si sine, §. fin ff. de minor. de quo absentia impedimento luculenter & optime per Odd. d. tract. q. 45 6. & 7 per totas, de aliis t̄ impedimentis, quæ ad nostram faciunt, fuse, & eleganter tradit quest. 11. 14. in genere vero de impedimento, quatenus causandat restitutio; late per eundem, quest. 27. & tribus seqq. ubi etiam tractat, quando protestatio vel dimissio procuratoris necessaria sit, quæ consulto omitti, nimiris lögum faciam, & ea hic inseram, quæ à tanto viro egregie pertractantur. Duo tamen non omittam, quæ proxime rem nostram attingunt. Alterum est, tam 46 minorem t̄ ex causa extatis, quam majorem ex causa justi impedimenti regulariter adversus quiclibet omis- sa, & lapsus temporum ad aliquid agendum competentium restitui; prout regulam facit idem Odd. tract. q. 89. art. 1. per textus qui sunt clari, in l. pen. C. restit. in integr. ibi, ignoraverunt, vel prætermiserunt, in l. non omnia ff. de minor. & admittit gloss. in l. sicut militaribus, verbo, distraxerunt, C. de rest. milit. ac Traq. de retract. convent. §. 1 gloss. 2. nu. 57. loquentes tempore legali, prout est in casu nostro. Alterum est, quod licet in iis, quæ mere spiritualia sunt, ut matrimoniū, ingeclusus religionis, votum, & similia, for 47 minor etiam t̄ non restituatur, ut post gl. Abb. Anselm. alios in c. ex parte de rest. spol. & alios tradit idem Odd. tract. q. 60. art. 1. & seqq. tamen in iis, quæ non sunt mere spiritualia, sed spiritualibus solum annexa, pro 48 est materia beneficialis, datur t̄ minori enorimenter so in integrum restitutio, ut singulariter tradit Llo Gomez. ad reg. cancell. de trien. possess. q. 15. & latius C. var. lib. 1. var. resol. cap. 5. nu. 2. 3. 7. & 8. ubi etiam pri 49 bat, id procedere t̄ fine de lucro captando agatur, si 50 de damno vitando, & licet res integra t̄ non sit, quæ bene

beneficium jam alteri sit collatum ; quod etiam tradit  
& in specie admittit, † ubi alias minor non habeat, un  
de vivat, Christoph. Rophiniac. in tract. de benef. cap.  
17. n. 15. & 16. post Abb. in c. ex parte de rest. spol. cum  
tamen gloss. & ceteri, d. c. ex parte, id procedere nolint  
re non integra, quos satis refellunt Christoph. & Di-  
dac. loc. cit. qui etiam contraria solvunt ita, ut ad eos  
remittere lectorem sufficiat.

Quod si rursus à me aliquis querat, an toti colle-  
gio canonicorum restitutio hujusmodi ex capite mi-  
noritatis ratione minorum, quos continet, vel etiam  
quia collegium ipsum tamquam ecclesia, *juxta tex. in*  
*c. 1. de in integr. rest. cum simil. vel tamquam pium colle-*  
*gium privilegio minorum gaudet, juxta late tradita*  
*per Odd. d. tract. q. 3. art. 5. & 12. Respondeo, † quod si* 52  
*id agatur, ut aliquis saltem de Capitulo optet, ad hoc,*  
*ut optandi consuetudo servetur, neque ea turbari pos-*  
*fit, aut interrumpi per hujusmodi contrarium usum,*  
*tunc poterit totum Capitulum canonicorum propter*  
*hujusmodi interesse, quod proprie ad illud spectat, ut*  
*universum est, & tamquam ecclesia ex dicto mino-*  
*rum restitui, per tex. d. c. 1. & ea qua tradit Odd. loc. prox.*  
*cit. si vero aliqui jam optaverint, alii non, & tunc cum*  
*hi collegium non constituant, & tamquam singulares*  
*veniant, nisi i minores vere sint, restitui non poterunt*  
*ex hujusmodi edicto minorum, ut colligitur ex traditis*  
*per Odd. ibid.*

Quis autem sit judex competens † in hujusmodi 53  
restitutione, patet ex tex. & ibi Doct. in l. fin. C. ubi, &  
apud quem, & c. pen. de in integr. restit. ubi habetur, so-  
los judices ordinarios administrationem habentes,  
vel ab eis delegatos posse restituere, non autem arbitri-  
tros. Quando tamen, & quomodo possint arbitri &  
arbitratores saltem incidenter restituere, vel pronun-  
ciare restituendum, præter Doct. d. l. fin. & cap. pen. vi-  
dendus est Caldas ad l. sicuratores, verbo, implorandum,  
numero 25. & duobus seqq. C. de restit. in integrum. Odd.  
d. tract. de restit. in integr. quest. 32. art. 7. cum quatuor  
seqq.

## SUMMÆ RERUM.

- 1 Canonicatus, seu canonia distinguuntur à præbenda.
- 2 Cobula, &c., ponuntur inter diversa.
- 3 Canonia non debet esse sine præbenda, ubi adest in ecclesia.
- 4 Præbenda nascitur à canonia sicut filia à matre.
- 5 Canonicatu collato censetur etiam collata præbenda.
- 6 Canonia, & præbenda quid sit, & num. seqq.
- 7 Canonia est jus spirituale.
- 8 Canonia tribuit stallum in choro, & exercitium rerum, quæ ad divinum officium spectant: item locum, & vocem in Capitulo. num. 9. nisi vellet puer, vel non subdiaconus nam. 10.
- 11 Canonia tribuit jus ad præbendam, item iuris percipiendi distributiones quotidianas, nisi alius obstet. num. 12.
- 13 Præbenda quomodo definiri possit.
- 14 Præbenda sumi potest pro temporalitate, & sic competit etiam laico.
- 15 Præbenda habet aliquid spiritualitatis distinctum spiritualitate canonia.
- 16 Canonici duo assumi possunt, nulla etiam vacante præbenda, ubi non est certus numerus præbendarum, secus ubi est certus.
- 17 Vacante una præbenda possunt duo canonici assumi ubi saltem excrescentibus facultatibus ea prius divisa fuit.
- 18 Optione non mutatur canonicatus, sed sola præbenda; mutatur tamen jus spirituale, quod est annualiter præbenda. num. 19. imo etiam quodammodo titulus, ubi saltem præbenda sunt distincti. num. 20. Contrarium alii, qui exponuntur. numero 21.

22. Cap.

- 22 *Canonicus nuper receptus, debet prius sedere in ultimo loco intra suum ordinem.*
- 23 *Optans intra eundem ordinem adscendit saltem per accidens ad locum superiorem in choro.*
- 24 *Prabenda non optata debet dari noviter recepto, & proviso.*
- 25 *Optans ex speciali consuetudine prabendam superiores ordinis, aut gradus, simul etiam optabit stallum in illo ordine; postremum tamen in eo loco obtinebit. num. 27.*
- 26 *Canonici omnes presbyteri debent precedere omnes diaconos, & omnes diaconi omnes subdiaconos.*
- 28 *Optans prabendam, ubi prabenda sunt distincte realler, & secundum perpetuam administracionem, vel indistincte quidem, sed dividuntur, & assignantur canonicis saltem ad certum tempus in determinato corpore, dimitit onus pensionis.*
- 29 *Pensio est onus reale, & transit ad quemcunq; transit beneficium, & prabenda. num. 30.*
- 31 *Fructus bonorum alicuius ecclesie, & beneficij desinunt esse obnoxii pensioni, quando ea desinunt esse bona, & fundi illius ecclesie.*
- 32 *Pensio non dimititur per optionem, ubi per Caneparium Capituli fit certa distributio in bladis, aut pecunia loco prabenda.*
- 33 *Pensio per optionem non dimititur, ubi ea imposita sit in totum, vel pro parte super distributionibus quotidianis; ad ratam enim saltem illis correspondentem solvenda erit ab optante.*
- 34 *Pensionarius non potest exigere à Capitulo pensionem impositam super distributionibus quotidianis, cuj; vacante canonici illa accrescunt.*
- 35 *Pensionarius, qui resignavit duo beneficia Titio reservata sibi pensione super utroq;, si Titius alterum Seio dimittat, exiget pensionem à Titio, & Seio ad ratam valoris utriusq; beneficii.*
- 36 *Distributiones quotidianæ accessoria non sunt ad*

præbendam, sed potius canonicatus.

37 Pensio etiam imposta super solis distributionibus, vel superdistributionibus simul, & præbenda, omnino dimititur per eum, qui via collatione, & nova provisionis mutat canonicatum etiam in eadem ecclesia.

## C A P. VII.

## De præcipuis optionis effectibus.

QUÆRÔ PRIMO, An per optionem mutetur sola præbenda, an vero etiam titulus, & canonicatum?

Pro intelligentia tam hujus, quam sequentium questionum hujus cap.

Præmittendum est primo, canonicatum, seu canonicam distingui † à præbenda, quod probatur tum ex tex. in c. eum cui, c. si clericus, & c. si us cui, de præbend. in 6. & c. fin. de concess. præben. eod. libr. ubi canonicatus supponitur collatus sine præbenda, & not. ibi gloss. & Dd. gloss. in c. cum M. Ferrariensis in verbo, receperunt, ubi Abb. num. 2. Fel. num. 16. Butr. & Imol. in c. eam, de rescript. Card. in clem. fin. num. 5. Imol. num. 4. de præbend. Rot. decis. 33. in princip. de rescript. & decis. 16. de præben. num. 5. in no. decis. 11. num. 9. de concess. præbend. & alibi sape, aliquie Doct. passim; tum ex communis stylo curiæ, qui in bullis provisionum solet apponere canonicatum; & præbendam; nam copula, &, ponitur † inter diversa, c. querelam, de Simon. cum similibus, tum demum experientia; videmus enim in ecclesia Scalensi Mediolani, & aliis plerisque omnes canonicatus præbendis carere solasque distributiones habere. Illud tamen verum est, canoniam † non debere esse sine præbenda, ubi in ecclesia extent præbenda; quod voluit Rot. d. decis. 33. Franc. Marc. decis. Delph. 1272. n. 1. 1. partie, & gloss. d. c. cum M. in verbo, receperunt, & verbo, vacaverat, & est optimus tex. in c. relatum, & c. dilectus, de præben. Et hoc est, quod aliqui, ut Rot.

R.  
e.  
c.  
d.  
a.  
l.  
i.  
g.  
à  
p.  
p.  
p.  
m.  
n.  
u.  
b.  
q.  
u.  
n.  
P.  
q.  
n.  
&  
tia  
di  
&  
ca  
&  
fir  
lui  
div  
ter  
jus  
tril  
qu  
res  
be  
di  
st  
id  
1.  
cu

Rot. d. decision. 11. numero nono, & post Laud. Card. d. clem. final. numero 10. & 14. & alii dicunt, † præbendam nasci à canonia, sicut filiam à matre; sicque intellegi possunt, quotquot vel negant distingui canoniam à præbenda, vel dicunt non posse canoniam esse sine præbenda; & hinc etiam sit, quod vacante præbenda † per collationem canonicatus censetur etiam collata præbenda, ut tradit Gemin. & alii, c. si Capitulo, numero 3. de concess. præbend. in 6. late Fel. d. cap. cum M. num. 16.

Præmitto secundo, in hoc differre canoniam à præbenda, quod canonia † est quoddam jus spirituale, 6 quod provenit ex electione; & receptione in fratrem, ut d. c. cum M. & c. dudum, & c. dilectus, de præbend. Præbenda est, quæ procedit ex institutione & officio, quia, ex quo habet quis officium, debet habere & beneficium, c. inter cetera, de privil. c. si quis sacerdotum, & c. eos 81. dist. & c. eam te, de rescript. Hanc differentiam, & has definitiones, seu potius descriptiones tradit gloss. d. c. cum M. Ferrariensis, in verbo, receperunt, & ibi Innoc. num. 2. & alii de constit. quas melius explicat Laud. Card. & Imol. d. clem. fin. ex quorum mente & supra dictis sic possumus definire canoniam, quod sit jus spirituale, per quod quis habet non modo stallum in choro, & locum in capitulo, (unde ea, quæ sunt divini officii, nec non & Capitulares actus, modo cetera requisita habeat, exercere potest) verum etiam jus ad præbendam, & facultatem actu percipiendi distributiones quotidianas, nisi ignorantia captus, vel quid simile obster.

Quod sit † jus spirituale, fatentur omnes Docto- 7 res, loc. cit. & alibi passim, quod per eam canonicus habeat † stallum in choro, & possit ea exercere, quæ sunt 8 divini officii, est rex. in d. c. dilectus, il. 1. de præbend. ibi, stallum in choro, & participatione qualibet divinorum, idque præter Doct. ibi notat Card. d. clem. fin. numero 14. post Guliel. de mont. Laud. quod competit ei locus, † & vox in Capitulo, tenet ibid. Laud. Innoc. & Host.

Host. d. c. cum M. & Fel. num. 18. facit rex. in c. cum inter-  
 10 1. derenunc. & c. relatum, de præbend. nisi † vel esset  
 puer, juxta tex. in c. ex eo, de elect. in 6. vel non esset sub-  
 diaconus, clem. ut hi, qui de at. & qual. quod vero jus  
 11 habeat † ad præbendam, patet tum ex supradictis, ium  
 maxime ex d. c. dilectus, il. 1. & c. relatum, de præbend. &  
 iis, quæ late tradit Fel. d. c. cum M. nu. 16. & 17. idque  
 etiam optime probat Staphil. de form. expecta. in prin-  
 12 cip. num. 9. Quod vero † debeat actu pericipere distri-  
 butiones quotidianas, tex. est expressus, d. c. dilectus,  
 il. 1. & il. 2. in fi. & f. cit d. c. cum M. notatque inter alios  
 Rot. decis. 25. numero 5 de preben. in no. late Staphil.  
 13 form expectat. in princip. num. 8. Præbenda vero est  
 jus spirituale, oriens ex canonia quoad ea, quæ spectat  
 ad perceptionem suatum, & proventum ecclesia-  
 stici beneficii, sicut est colligere decimas primitias &  
 oblationes, competens ex divino officio, cui insit  
 tamquam uni de collegio; ita post Laud definiunt Cor.  
 d. clem. fin. nu. 14. & Imol. num. 8. Ex quo patet, quod  
 14 licet præbenda † possit quoque sumi pro ipsa tempo-  
 ralitate, quæ etiam competit laico, prout not. Imol.  
 num. 8. Card. n. 4. gloss. d. c. cum M. in verbo, receperunt,  
 15 ubi Vinc. Abb. & alii, tamen proprie sumta † habera-  
 liquid spiritualitatis, distinctum à jure spirituali-  
 canonia, ut præter Laud. Card. & Imol. locis paulo am-  
 cit. voluisse videtur Rot. d. decis. 26. num. 6. sed clarus  
 Bellam. decis. 63. num. 3. & Rebus. in concord. Gall. Et  
 brica de collat. §. 1. verbo, canonicatum, & præbendam,  
 primus tex. in c. dilecto, de præben. ibi, eo quod hujusmodi  
 spirituale jus dividi; & melius ibi, quamquam inter-  
 dum hi, ad quos spectat electio, de communi assensu ar-  
 gumentare valeant numerum præbendarum quoddam  
 jus spirituale de novo creando; ubi satis patet, loquitur  
 de præbenda, prout est distincta à canonia, seu  
 canonicatu; dixerat enim ibi Pontifex, quod licet  
 16 ubi non est certus numerus præbendarum, † duo pos-  
 sint assumi in canonicum, nulla etiam præbenda va-  
 cante; secus tamen, ubi est certus earum numerus, nam  
 tunc  
 elig  
 Et  
 datu  
 alte  
 rati  
 pon  
 do  
 sun  
 una  
 duc  
 ben  
 nen  
 can  
 den  
 lati  
 opin  
 tun  
 can  
 I  
 e. 2.  
 clef  
 cori  
 dæ  
 ter  
 P  
 tatu  
 126  
 præ  
 Ret  
 secu  
 opt  
 & s  
 mel  
 bit  
 tis  
 dif  
 tupo

tunc una etiam vacante non possunt ad illud duo simul eligi. ne hoc jus spirituale dividatur; cum maxime dicta electio, de qua ibi, quæque ad canonicatum terminatur, non casetur, neque nulla declaretur, sed solum alter condemnetur ad restituendum alteri quicquid ratione suæ institutionis obtinuit, hoc est, præbendæ portionem; vel si ea electio nulla est, id fiat ex eo, quia non simpliciter, sed ad unam præbendam duo electi sunt, cum alias vel simpliciter † eligi possint duo; cum 17 una sola præbenda vocat, juxta c. relatum, & c. dilectum, il. 1. de præben. vel tunc demum, si prius illa præbenda in duas excrescentibus facultatibus per creationem duorum jurium divisa fuerit, ut habetur in c. vacante eod. juxta mentem gloss ibi, & aliorum; de quo vindendus est Rebus. latius distinguens, d. §. 1. Rubr. de collation. verbo, uni, per totum. Quare admittenda non est opinio Abb. d. c. cum M. nu. 22. dum vult, præbendam tunc solum dicendam esse quid spirituale, cum haber canoniam annexam.

Præmitto ultimo, illam distinctionem, quam supra c. 2. q. 2. concl. 1. latius explicavi, quod aliquando in ecclesiis est certus, aliquando incertus numerus canonorum, & totidem etiam præbendarum; item præbendæ aliquando sunt ind. distinctæ, aliquando distinctæ inter se. His positis sit

**PRIMA CONCLUSIO.** Per optionem † non mutatur canoniciatus, sed sola præbenda: ita Card. consilio 126. nu. 4. Cassad. decis. 17. numero 1. & seq. de concess. præben. Gem. Franc. & omnes, in c. fin. de consuet. in 6. Rebus. tract. de pacif. possess. num. 142. in quam etiam sententiam allegari possunt, quotquor scripserunt per optionem non mutari titulum, de quibus inf. concl. 3. & satis aperte id patet ex tex. d. c. fin. de conjuet. in 6. ibi, meliores optare præbendas, & mox, cum præbenda vacabit, & illa quæ optata non fuerit, &c. Supra autem sat ostendimus, præbendam à canonia, & canonicatu differre.

**SECUNDA CONCLUSIO.** Mutatur † rāmen per 19. optionem.

optionem jus spirituale, quod est annexum præbendæ: ita Rot. decis. 6. num. 5. & 6. de consuet. in no. Bellam. decis. 1. nu. 2. & decis. 63. n. 5. Compost. c. fin. in 1. gl. ex. de consuet.

TERTIA CONCLUSIO. Probabiliter dici po-

20 test, ubi saltem præbendæ distinctæ sunt; mutari † quodammodo titulum beneficiale & præbendalē, quatenus sumere possumus titulum pro jure suo spirituali præbendæ: ita in specie voluerunt Rot. & Bellam. loc. cit. & hoc voluerunt, & concludunt, dum ibidem probare contendunt per optionem canoniciatum murari; idem etiam quod titulus mutetur tenuerunt Gig. de pension. q. 63. nu. 2. & alii quotquot secuti sunt Rot. d. decis. 6. quos allegavimus, d. conclus. 1. ex eo enim præcipue probatur illa conclusio, in qua dicebamus, optandi consuetudinem esse contra jus, ideoque requiri spatum 40. annorum, quia sine canonica institutione novus tutulus acquiratur, contra tex. in cap. 1.

21 de reg. jur. in 6. cum simil. In hoc tamen contrarium sentit Card. d. cons. 126. nu. 4. Abb. cons. 347. nu. 12. & 13. vol. 2. Gemin. & Franc. d. c. fin. Cassad. d. decis. 17. per totam, & idem tenere videtur ead. Rot. decis. 15. de consuet. & decis. 10. n. 2. de præb. in antiqu. Rebus. d. nu. 142. post Anch. d. c. fin. Butr. c fin. ext. de consuet. & alii, dicentes, optionem non dare novum titulum, sed provenire ex antiquo titulo, ita ut forte sit hæc opinio magis communis: nisi velimus eos intelligere; ut loquantur, vel ubi præbendæ distinctæ non sint, vel de mutatione canoniciatus sumendo titulum pro canoniciatu, quasi solum velint non mutari canoniciatum, quomodo titulum sumebant Bellam. d. decis. 1. & 6. & Rot. d. decis. 6. dum probare volebant per optionem titulum beneficiale, & canoniciatum acquiri, tamen tamen interpretationem Card. Abb. & Cassad. libenter non recipiunt, dum frustra, & contra ceteros omnes probare contendunt, per optionem mutari solam præbendæ temporalitatem, hoc est, ipsum fundum, quod etiam vel ex eo confutatur, quod nullum ad hoc sta-

tutum

rutum vel consuetudo requireretur, sed judicis decre-  
tum.

Quæro Secundo, An optando quis mutet stallum in choro, & quomodo?

Supponendum est noviter receptum etiam manda-  
to Pontificis prius † sedere debere in inferiori loco 22  
juxta ordinem suum, ita ut si presbyteralis præbenda  
sit, quæ confertur, ultimum inter presbyteros: si dia-  
conalis, ultimum inter diaconos; si subdiaconalis, ul-  
timum inter subdiaconos locum obtineat, qui illam  
præbendam assequitur; de quo per tex. & Doct. in c. sta-  
tuimus, de major. & obed. ita tradunt Dom. de Rot. de-  
cis. 9. de consuet. in antiqu. & decis. 4. eod. tit. in antiquior.  
tenet Falcon. in tract. de reserva benef. effect. 49. Add. ad  
Rot. decis. 2. & 3. de consuet. in no. Franc. Marc. decis.  
Delphin. 1271. num. 5. ob eam rationem, quia in dubio  
Papa videtur conferre canonicatum cum suis qualita-  
tibus, ut per Rot. loc. cit.

PRIMA CONCLUSIO. Quando optio fit intra  
eundem ordinem, quod ut plurimum contingit, ascen-  
ditur † etiam saltem per accidens ad locum superio- 23  
rem in choro. Probatur primo ex Doct. supra allega-  
tis: iidem enim dicunt; eundem noviter receptum  
ascendere, deinde ad alios gradus suis loco, & tempore  
juxta statuta, & consuetudines ecclesiæ; quod etiam te-  
nere videtur Zerol. in Prax. Episc. verbo, canonia, vers.  
ad 8. per ea, que not. Boer. in tractat. de auctor. mag. Cur.  
Franc. num. 82. deinde quia cum præbenda † non o- 24  
ptata debeat dari noviter proviso, ut etiam dicitur d.  
c. fin. de consuet. in 6. & ille debeat sedere in inferiori lo-  
co, necessario fit, ut alii gradatim ascendant. Neque  
vero id adversatur iis, quæ superiori quæst. tradidimus,  
dum in 2. not. inter jura canonicalia stallum in choro  
reposuiimus, & tamen ibid. in c. conclus. ostendimus,  
canonicatum non mutari per optionem, tum quia  
non ita mutatur locus, quasi de novo tribuatur, sed  
solum per ascensum, ut dictum est: tum quia id sit per  
accidens, ut admonuimus ex eo, quod non tam sit vi  
optio-

112 ALEX. MONET. TRACTAT.

optionis, quam mutationis canonicatus, & novæ provisionis, quæ alteri sit, qui deinde in inferiori loco sedere debet; unde si antiquior oprare nolit præbendam vacanrem, poterit quidem sequens optare; non tamen ascenderet stallum illius, aut in eo illi præferetur, sed in proprio manens mox consequenti, & ad præbendam ascendens illam optabit, prout quotidie fieri videamus.

**S E C U N D A C O N C L U S I O.** Ubi optatio siatei speciali consuetudine de ordine ad ordinem, seu de gradu ad gradum, optando quis præbendam superiores ordinis † simul etiam optabit stallum in illo ordine ob dispositionem tex. d. c. *statuimus*, decernentis, **25** omnes presbyteri † omnibus diaconis, omnesque diaconi omnibus subdiaconis in ecclesiis præcipue præcedant, primumque locum obtineant, etiam si posterius recipiantur; postremum tamen † in iis ordinibus locum obtinebunt, per ea, qua supra diximus, *per* **26** *tex. cum ibi not. in c. i. de major.* & *obed. 17. & 75. di-* **27** *stin. c. ultimo, cum similib. de quibus per Doct. & glossa-* *c. statuimus.*

**Q U A R O T E R T I O E T P O S T R E M O.** *Anno*  
*optionem dimittatur pensio?*

**P R I M A C O N C L U S I O.** Ubi præbendæ † in ecclesia sunt realiter, & actualiter distinctæ, ita ut singuli canonici habeant perpetuam administrationem corporis, vel reddituum sibi assignatorum; vel distinctæ quidem illæ non sunt, tamen singulis canoniciis proportione fructuum assignantur quotannis, vel ad aliud tempus certum, & determinatum corpus, vel redditus, quos ipsi exigere debet, juxta distinctionem *supra c. 2. q. 2. conclus. i. latius explicatam*; his in quatuor duobus casibus, optando quis præbendam, & propriam dimittendo gravatam pensione, dimittit etiam omnino pensionis: ita in specie tradit *Gig. d. tract. de pensio-* *quest. 63. nu. 1. 2. & 3. idemq; satis aperte tenet N.* *var. cons. 3. num. ult. junctis antecedentibus, de solut. illi-* **3. vol. 1. & Rot. Rom. decis. 597. num. 7. 1. par. in novi-** *dive*

divers. Ratio est, quia pensio † est onus reale, ut est o. 29  
 ptimus tex ubi gloss. pen. & alii in ca. nisi essent, de præb.  
 Gemin. & ceteri communiter, in c. fin. de off. ordin. in 6.  
 late Flam. Paris. tract. de resign. benef. lib. 6. quæst. 2. nu.  
 98. idem Gig. d. tract. q. 39. & 40. nu. 1. q. 43. & 47. num.  
 2. & conf. 124. 138. & 150. nu. eod. Et transit † ad quem- 30  
 cunque transit beneficium, & præbenda, ut tradit gl.  
 in d. c. nisi essent Castren. conf. 339. incipit, quia exceptio-  
 nes. num. 4. versic sed respondeo, volum. 1. in no. impress.  
 Fel. c. ad audientiam, il. 1. num. 6. de rescript. Caccialup.  
 tract. de pension. eccles. q. 9. Gig. d. tract. q. 44. numer. 2. &  
 late post alios Paris. d. tract. de resign. libr. 1. q. 8. num. 22.  
 27. 30. & seqq. Ad idem facit optime quod post Castr.  
 d. conf. 339. nu. 4. tradunt Fel. d. num. 6. Gig. d. q. 63. nu.  
 3. quod quando fundus, & bona desinunt esse benefi-  
 cii, & ecclesiæ, illius fructus † non sunt amplius ad 31  
 pensionem obnoxii.

SECUNDA CONCLUSIO. Ubi per Capitulum  
 non assignantur † certæ ac determinatæ præbædæ, sive 32  
 distinctæ, sive indistinctæ, modo, quo supra consisten-  
 tes in certo, & determinato corpore, sed per procura-  
 torem Capituli, quem alii *Caneparium*, alii *Thesau-  
 rarium* vocant, sit certa distributio in bladis aut pe-  
 cunia consistens, tunc ubi cadere possit optio, per eam  
 non dimittitur onus pensionis, ut in specie voluit Gig.  
 d. q. 63. num. 4. ob eam rationem, quia tunc optio non  
 facit censeri novum beneficium, aut præbendam, ut  
 præbenda est titulus beneficialis juxta tradita per Rot.  
 decis. 470. quæ est 6. num. 1. de consuet. in no. ubi tamen  
 potius vult, tunc non habere locum optionem. Sed  
 quicquid sit de hac ratione, nos aliam assignare possu-  
 mus à cessatione rationis, de quæ in super. concl. juxta  
 cap. cum cessante causa, de appell. cum simil. de quibus  
 per gl. ibi, & Tiraq. in tract. cessante causa. Hoc enim  
 casu pensio non tam afficit præbendam, quam titulum  
 ipsum canoniciatus, qui non dimittitur per optionem,  
 ut supra vidimus, certos vero fructus non afficit, nisi  
 cum designatione personæ, quæ illos percipit; cum

H tunc

tunc certi fructus, & redditus in individuo non affi-  
gantur; sicque non erit pensio mere onus reale, sed  
vel personale, vel mixtum, ita tamē ut ad successores in  
canonicatu transeat; hoc enim commune est huic ca-  
sui cum superioribus. Pro qua ratione, & simul etiam  
pro hac conclusione facit optime decis. Delphin. 1171.  
apud Franc. Marc. ubi traditur, quod si proviso de præ-  
benda gravata pensione detur alia præbenda secun-  
dum provisi qualitatem, quia non sit in sacris, & se-  
cundum ritum ecclesiæ, in qua fructus & præbenda  
dividuntur in communi, onerata pensione reman-  
bit.

33 TERTIA CONCLUSIO. Ubi pensio  $\dagger$  impos-  
ta sit solum super distributionib. quotidianis, vel sal-  
tem pro parte, tunc per optionem non dimittitur pen-  
sio pro rata, quæ responderet distributionibus, sed pro ea  
parte remanet solvenda ei, qui oprat. Hæc conclusio  
est de mente Doct. de quibus in superiori conclusio-  
ne, & probatur iis plane rationibus, quibus eam com-  
probavimus, tunc enim pro ea rata non mutatur al-  
quis fundus, aut certum corpus, certive redditus, qui  
specialiter sint pensione affecti, sed solum sub ea de-  
terminatione, quatenus percipiuntur ab eo, qui pen-  
sioni consensit, ejusve successoribus in beneficio, &  
canonicatu, qui nec per optionem mutatur, ut sapius  
dictum est, & jus tribuit actu percipiendi distribu-  
tiones, ut supra hoc eod. cap. quæst. 1. ostendimus. Idem  
etiam colligitur ex rationibus, quibus Navar. consili.

34 Et 3. de solut. libr. 3. volum. 1. ostendit,  $\dagger$  pensionarium  
exigere non posse pensionem impositam super Grof-  
fa, & distributionibus à Capitulo, cui vacante benefi-  
cio ex accrescunt, sed solum vel ab ipso beneficiario  
qui pensioni consensit, vel ejus successore in beneficio  
cum nec Capitulum succedat, aut beneficiarium di-  
possit, neq; ex tali onere affectæ censcantur, nisi qui  
tenus à beneficiario lucrifiant, ut latius per eum. Neq;  
huic conclusioni quoad ea, quæ de rata diximus, ob-  
starē poterit, quod durum & inauditum videatur, pen-  
sionam.

monarium à duobus exigere debere unam pensionem; quin etiam ab eopius, qui præbendam assequitur, totam pensionem solvendam esse, cum præbenda respectu distributionum videatur se habere sicut accessorium respectu principalis; illud autem ab hoc trahatur, ejusque naturam sequatur, *cap. accessorium, de reg. jur. in 6. cum vulg.* Imo etiam non est durum aut inauditum, ut qui impetravit reservari pensionem super præbenda, & distributionibus, ab eo, qui obtinet præbendam, contingentem pensionis portionem exigit, reliquam vero ab eo, qui distributiones percipit.

Si enim quis resignavit + duo beneficia in favorem *titii* reservata pensione centum duc. qui Titius alterum eorum dimisit, dividenda erit pensio inter possidentes ad ratam valoris utriusque beneficij, *ut post Gamb. tract. de auct. leg. lib. 6. de pens. nu. 667. & seqq. tradit in termino Flam. Paris. tract. de resig. benef lib. 6.*

*q. 2. num. 64.* Neque distributiones + accessoriae sunt *ad præbendam, ejusve naturam sequi debent, cum per se stare possint, sed potius canonicatui accedant, qui jus dat actu percipiendi quotidianas distributiones, ut supra etiam diximus.* Unde videmus, canonicos plurimos præbenda carere, actu tamen percipere quotidianas distributiones, prout sunt in hac Mediolanensi civitate canonici ecclesiarum S. Mariæ Scalensis. Illud demum hac in re expeditum est, quod etiam ex supradictis sequitur, quod si quis canonicatum mutet in eadem quoque ecclesia, omnino pensionem dimittet, quamvis ea imposta sit super solis distributionibus, siue super distributionibus simul & præbenda; tunc enim cum canonicatu mutatur persona; unde transibis ad successorem.

## SUMMÆ RERUM.

*Derogari potest in specie optioni per Papam, & num. 3. seqq. In dubio tamen non censetur velle ei derogare. num. 3. & seqq.*

## 116 ALEX. MONET. TRACTAT.

- 2 Papa in beneficialibus habet plenitudinem potestatis.
- 4 Papa in dubio non censetur velle derogare iuri quarto, idque siue sit jus in re, siue ad rem; & licet modicum sit prejudicium. num. 5.
- 6 Derogare optioni non est necesse, ubi quis providet de beneficio, seu prabenda vacante apud sedem.
- 7 Derogatio saltem generalis optionis requiritur, ubi Papa confert vel mandat conferri prabendam generaliter reservatam: probabile tamen est, non requiri hanc generalem derogationem numeri saltem in beneficiis vacantibus in mensibus apostolicis. num. 9.
- 10 Regula cancellaria vim legis obtinent.
- 11 Derogatio generalis sufficit ad impediendam optionem, ubi providetur motu proprio de prabenda specialiter reservata; secus ubi provisio finit ad petitionem partis & ratio diversitatis. num. 11.
- 12 Consuetudo optandi locum non habet, quoad apostolicos impetrantes, nisi de hoc specialis consuetudo inducta sit. num. 13.
- 14 Derogatio specialis optionis requiritur, ubi primitur vigore expectativa alicui concessa, nisi Papa mandet provideri de pinguiori prabenda. num. 15 aut ad sit motus proprius cum clausula, non obstante. num. 16.
- 17 Motus proprius habet vim derogatoria.
- 18 Consuetudo optandi non tollitur per non usum. Idque quamvis evenerit casus optionis. num. 19.
- 20 Facultas non tollitur per non usum, neque ei praeservatur. num. 21.
- 22 Consuetudo non tollitur nisi per contrarium usum.
- 23 Lex non tollitur per actus negativos, seu per usum.
- 24 Privilegium non tollitur, seu amittitur per usum.
- 25 Consuetudo optandi tollitur per contrarium usum accedente maxime contradictione; dummodo ob

28

29

32

33

34

35

36

39

39

40

41

42

43

2

Q

T.  
potesta  
uri quesi-  
licet mo-  
rovidem  
sedem.  
itur, ubi  
ndamgu-  
n est, nu-  
numerol  
ibus Ap-  
lam opini-  
prabendi  
ficiat ad pe-  
im. 13.  
e oad Ap-  
consuetu-  
bi provi-  
nisi Pa-  
ta. nu. 1  
, non ob-  
sum. Idq  
19.  
ipraescrib  
um usum  
seu per  
ur per  
ium u/)  
dum  
obj

DE OPTIONE. CAP. VIII. 117

observatus sit tanto tempore, quantum requiri-  
tur ad inducendam consuetudinem. num. 26. hoc  
est, quadraginta annorum, ubi prabenda sunt di-  
stincta. num. 27.

- 28 Consuetudo quilibet per tantum temporis tollitur,  
quantum requiritur a deam inducendam.
- 29 Consuetudo optandi non tollitur per unicum actum  
contrarium, idem in qua via consuetudine. num.  
30. tolleretur tamen, vel saltem interrumpetur,  
ubi consuetudo non esset completa. num. 31.
- 32 Consuetudo, & statutum optandi potest tolli a Papa  
per contrariam constitutionem, &c num. seqq.
- 33 Princeps potest per suam legem tollere contrariam  
consuetudinem ita ut non valeat, si postea indu-  
catur.
- 34 Statuta inferiorum potest superior tollere.
- 35 Statutum, & consuetudo optandi non tribuit ullum  
ius singulis, antequam casus eveniat.
- 36 Papa, & Princeps potest prajudicare in acquirendis,  
imo & in quasitus; maxime ubi redditur ad ius an-  
tiquum. num. 37.
- 39 Consuetudo, & statutum optandi potest tolli per con-  
trarium statutum Capituli simul, & Episcopi.
- 39 Reditus ad ius commune facile permititur.
- 40 Statutum etiam prajudiciale ecclesia admittitur,  
cum redimus ad ius commune.
- 41 Clerici statuere possunt contra consuetudinem, que  
erat contra ius.
- 42 Episcopus cum consensu Capituli an possit renuncia-  
re iuri acquisito ecclesia per consuetudinem.
- 43 Statutum optandi potest tolli contraria consuetu-  
dine.

---

C A P. VIII.

Quomodo tollatur optio, seu ius optandi.

Q U A R O P R I M O, Quando & quomodo derogetur  
optioni?

H 3

Sup-

1. Suppono primo, Papam † posse in specie derogare optioni, eamque tollere, tum quia † habet in beneficiis plenam potestatem, c. 2. de probend. in 6. ubi Doct. omnes, & alibi passim, in quibus etiam ita potest præjudicare, ut collatus quæsitum, Calder. conf. 12. li. rescript. Alex. conf. 101. colum. 5. vol. 1. Soc. conf. 156. 1. par. cum aliis pene infinitis relatis per Gabr. com. cond. lib. 3. tit. de jure quæsito non tollendo, concl. 1. num. 9. & Pet. Cened. in collect. ad jus canon. collect. 21. nu. 1. 3. p. 1. cum quia ita tenent communiter Doct. in c. fin. de consuet. in 6. Rot. decis. 5. num. 1. de consuet. in no. & decis. 1. eod. titul. in antiqu. Cassad. decis. 4. numero 1. de probend. Franc. Marc. decis. Delphin. 1261. nu. 5. & 1271. num. 1. Staphil. de lit. grat. & justit. tit. de vi, & effect. claus. vers. Insuper derogatur, num. 1. & 2.

3. Suppono secundo, Papam in dubio † non censeri derogare optioni, vel consuetudini de optando: tum 4. quia Papa † in dubio censetur nolle præjudicare iuri quæsito per tertium, Abb. in c. 1. de rescript. num. 10. & c. super, & ubi plene Barbat. 1. 2. & 3. col. & per Gabr. d. concl. 2. num. 29. tit. de jur. quæs. non toll. & est de his reg. cancell. de non tollendo jure quæsito, ubi late glossat. & sunt tex. in jure communi. c. ex parte, & c. super eo, off. de leg. c. ex tuarum, de auctor. & usus pall. c. quamvis, & c. si propter, de rescript. in 6. cum simil. Idque processit † tam quoad modicum quam magnum, & tam quoad jus ad rem, quam quoad jus in re, ut post glossa in c. cum olim, in verbo, præjudicium, de consuet. & alias quam plurimos tradunt Fel. d. c. super eo, colum. 2. Del. conf. 407. & 606. colum fin. Gomez. d. reg. de non toll. jur. quæs. quest. 1. in princ. vers. alii vero, tum quia ita in specie de optione tradunt fere omnes Doct. sup. alleg. in primo suppos. in fin. Sive ergo per optionem, aut jus optandi acquiratur jus in re, seu ad rem, non censetur ei derogatum, nisi expresse id fiat per clausulas speciales, vel generales juxta casum diversitatem, & quibus in sequentibus conclusionibus.

6. PRIMA CONCLUSIO. Ubi Papa † providet de bene

T. DE OPTIONE. CAP. VIII. 119

derogare  
a beneficiis  
in 6. ubi  
ra potest  
n. 12. d.  
i. 156. d.  
m. cond.  
um. 9. d.  
1. 3. p. 1.  
n. de con-  
p. decisi.  
p. r. b. e.  
1. num. 1.  
e. c. claus.  
n. censeri  
do; tum  
i. carejuri  
m. 10. d.  
per Gab.  
est de ho-  
ite glossat.  
upereo, de  
quam v.  
re proce-  
, & tam  
ost glossa-  
t. & alios  
n. 2. Dei-  
on tollen.  
n. quia na-  
t. sup. al-  
uem, aut  
non cen-  
clausulus  
atem, d.  
ovideat  
bene

beneficiis vacantibus apud sedem, nulla opus est de-  
rogatione, cum in iis fieri non possit optio, & provi-  
sus sit ipso jure turus per textum d. c. fin. versic. in præ-  
bendis, ubi Doct. omnes de consuet. in 6. ibi enim aperie  
disponit tex. quod in præbendis, quæ apud sedem va-  
cant, non sit locus consuetudini optandi; quæ autem  
beneficia, & præbendæ apud sedem seu in curia vacare  
dicantur, diximus sup. cap. 3. q. 2. concl. 1.

SECUNDA CONCLUSIO. Ubi Papa  $\dagger$  confert, &  
vel mandat, conferri etiæ motu proprio præbendas ge-  
neraliter reservatas ( de quibus nos late d. q. 2. conclus. 2. )  
requiriur derogatio saltem generalis, non obstanti-  
bus statutis, vel consuetudinibus dictæ ecclesiæ: ita post  
Lap. Abb. Archid. & Io. An. d. c. fi. tradit in specie Card.  
conf. 16. num. 4. pro hoc facit tex. c. 1. de constit. in 6. in c.  
constitutus, ex. de rescrip. & c. cum in ecclesia, de præben-  
lib. 6. ubi Papa non intendit derogare statutis, & con-  
suetudinibus ecclesiæ, nisi de iis mentionem faciat.  
Probabile tamen etiam est, & non requiri hanc gene- 8  
ralem derogationem, ut ex mente d. Lap. Abb. & post  
Io. de Lig. tenent Gemin. d. c. fin. §. in præbendis, num. 3. &  
Franc. num. 6. nec non tradit etiam Æn. Falcon. de re-  
seru. benef. q. 4. princip. eff. §. ad fin. ex eo, quia Papa re-  
servando derogat omnibus juribus, & statutis, & tol-  
lit omnem potestatem conferendi, & sic tollit tam ju-  
ra, quam statuta, & consuetudines, quæ dant potesta-  
tem optandi. Ad illa vero jura responderi potest pro-  
cedere, ubi non sit facta tacita derogatio in juribus, &  
constitutionibus, quæ vim legis habent. Sane in bene-  
ficiis  $\dagger$  vacantibus in mensibus reservatis non requi- 9  
retur derogatio etiam generalis, tum propter eandem  
rationem, tum quia in reg. 8. S. D. N. Clementis V 111.  
fit expressa derogatio statutorum & consuetudinum  
optandi pinguiores præbendas, sicque militat eadem  
ratio, quæ in vacantibus in curia, de quibus in 1. concl.  
dici enim potest, quod & in illis jus derogat expressæ  
optioni, cum etiam regulæ cancellariæ  $\dagger$  vim legis 10  
obtineant, & faciunt jus generale, durante saltem vita

Pontificis eas condentis, ut late & optime probat Gomez. in proœm. reg. q. 2. vers. in contrarium vero, usq; ad si. ubi quamplurimis referens testatur de magis communis, simulq; soluit contraria.

11 TERTIA CONCLUSIO. In reservatione + speciali, quæ sit, quando Papa conferit, vel mandat conferri aliquam præbendam, quæ alioqui per ordinarium collatorem conferri deberet, neque est à jure communis, vel per aliquam extrav. aut regulam reservata, communior videtur illa distinctio Lap. Abb. d. c. fin. quod si fiat motu proprio, maxime cum clausula generali, non obstante, non habebit locum optio. Si vero ad petitionem alterius, requiretur specialis derogatio, Lap. sequitur Io. de Lign. Gemin. & Franc. loc. cit. Card. cons. 16. num. 4. Staphil. d. vers. insuper derogatur, num. 4. Cassad. decis. 4. num. 1. de concess. praben. Sic intelligi possunt, quotquot indistincte dixerunt, quod quando Papa mandat conferri, non censetur sublata optio, nisi expresse derogetur consuetudini de optando, prout voluit Franc. Marc. d. decis. Delphin. 1261. n. 5. 1. par. & Rebus. in Prax. benef. inform. & declar. nova provis. 12 versc. nec tollitur optio; & quod alii dixerunt + consuetudinem optandi locum non habere quoad Apostolicos impetrantes, propter clausulas derogatorias, Rot. decis. 2. de consuet. in antiq. dicens: istam fuisse communem opinionem Rot. quam etiam sequitur inter alios Franc. Marc. decis. Delphin. 1271. nu. 2. Gig. de pension. d. q. 63. nu. 13. & Gregor. Tholos. tract. de benef. cap. 39. num. 4. Prob. ad Jo. Mon. d. c. fin. nu. 28. ubi tamen post Oldr. cons. 285. dicit, + valere specialem consuetudinem inducitam, ut optetur, etiam si sint impetrantes Apostolici. Sic etiam exponi possunt tex. cap. constitutus ex de rescript. & d. c. 1. de const. in 6. & c. cum in ecclesiis de praben. eod. lib. cum simil. dum volunt, consuetudinibus, & statutis ecclesiarum non censeri derogatum, nisi de iis fiat expresse mentio, intelligendo expressam mentionem, hoc est, specialem. Ratio vero illius distinctionis magis communiter assertur, quod ubi ad

instan-

13 Oldr. cons. 285. dicit, + valere specialem consuetudinem inducitam, ut optetur, etiam si sint impetrantes Apostolici. Sic etiam exponi possunt tex. cap. constitutus ex de rescript. & d. c. 1. de const. in 6. & c. cum in ecclesiis de praben. eod. lib. cum simil. dum volunt, consuetudinibus, & statutis ecclesiarum non censeri derogatum, nisi de iis fiat expresse mentio, intelligendo expressam mentionem, hoc est, specialem. Ratio vero illius distinctionis magis communiter assertur, quod ubi ad

instan-

instantiam partis conferatur, vel mandetur conferri, id procedit ex radice ambitionis, atque adeo restringendum, c. quamvis de præben. in 6. clem. 1. in fi. de præben. cum suis concord. quando vero motu proprio, scribitur cum clausula, non obstante, non habetur respectus nisi ad scribentem, qui legibus non arctatur; unde sufficit, quod ejus intentio quomodounque deprehendatur, quæ satis pater, quando motu proprio scribit per clausulam ipsam, non obstante, & c. ut optime explicat inter alios Cassad. d. decis. 4. num. 7. de concess. præbend.

QUARTA CONCLUSIO. In expectativis, + quādo scilicet Papa mandat provideri de præbenda primo vacatura in aliqua ecclesia omnino locum habebit optio, nisi fiat expressa derogatio consuetudinis, vel statuti de optando, & hic est casus expressus, & proprius d. c. fin. de consuet. in 6. ibi enim Pontifex præmis-  
sa consuetudine optandi decernit, quod cū in ecclesia, in qua est talis consuetudo, mandat sedes Apostolica provideri alicui de præbenda, nulli alii de jure debita, proximo inibi vacatura poterunt ipſi antiquiores juxta consuetudinem eandem optare, cum præbenda vacabit; idq; tradunt Dom. de Rot. decis. 5. de consuet. in no. Cassad d. decis. 4. nu. 2. & 5. Gemin. consil. 104. idem Gemin. & Franc. d. c. fin. Staphil. d. versic. in super deroga-  
gatur, numer. 1. & 2. de effect. claus. Hæc tamen con-  
clusio videtur duobus modis posse restringi. Primo, ut  
tunc + sufficiat generalis derogatio, quando in specie 15  
Papa mandat provideri de pinguiori præbenda, cum  
generalis derogatione statutorum & consuetudinum,  
ut aperte colligitur ex Rot. d. decis. 5. versicul. tum etiam  
quia, quam in hoc sequitur Franc. d. c. fin. in princip. nu.  
4. ex eo, quia alias gratia impetrantis posset totaliter  
frustrari propter c. cui de non sacerdotali, de præb. in 6.  
ubi si Papa mandet provideri de præbenda certi valo-  
ris, non potest provideri de alia minoris valoris. Se-  
cundo, sufficere + motum proprium cum generali 16  
clausula, non obstante, ut post Gemin. d. cons. 4. tenet

H 5 Cassad.

17 Cassad. d. decis. 4. num. 2. & 3. cum tunc † habeat vim derogatoriaz, ut post Lap. Abb. in c. quamvis, de rescript. in 6. & alibi tradit Mil. in Repert. verbo morus proprius & Cassad. d. num. 3.

QUÆRO SECUNDO. An consuetudo optandi tulatur per non usum?

18 Respondeo, communem † resolutionem doctorum esse, quod non: ita Capit. dec. Neap. 134. n. 4. Franc. Mai. dec. Delph. 1258. n. 6. Joan. And. d. c. fin. in princ. in u. bo, possunt, & ibidem Anch. Butr. Lap. Abb. & Jo. Lig. & Gemin. num. 3. Franc. nu. 5. ad fin. Zerol. in Prax. Episc. verbo, canonia, versicul. ad duodecimum, Galp. Cald. cons. 3. nu. 3. de consuet. Pet. Raven. in enar. tit. de cons. sect. 4. nu. 61. Balb. tract. de præscript. 4. par. quinque par. princ. q. 3. num. 4. G. g. d. tract. de pens. q. 63. num. 8. & alii passim, qui etiam sere omnes loquuntur, & di-

19 cunt, id procedere, † ubi etiam casus evenerit optionis. Moventur autem, ut plurimum Doctores reeo, quia actus hic est mere voluntarius, ut patet ex text. d. fin. ibi, si voluerint possint, cum vacant per se, vel per alios optare præbendas, quod & nos supracap. 1. quas. 1. cum definitionem explicavemus, in verbo possunt, adnotavimus. Illud autem certum est, quod per non usum

20 † non tollitur facultas, seu non præjudicatur facultati actum faciendi, ut tradunt Joan. An. & ceteri, d. c. fin. idem Io. An. & Abb. in c. Ioannes, de cleric. conjug. l. an. Roch. Curt. in c. fin. sect. 4. num. 77. ext. de consuet. Pro quo etiam optime facit communis illa cōclusio, quod

21 facultatis † jura sunt impræscriptibilia, de qua late per Ant. Gabr. com. concl. lib. 5. tit. de præscr. conclus. 2. Balb. d. 4. par. q. 1. per totam, & Tiraq. in volum. consuet. tit. 3.

22 q. 1. gl. 2. Accedat, consuetudinem † non tolli per non usum, sed tunc demum, si habuit implicitum contrarium usum: ita Abb. & alii d. c. Ioannes, Butr. in c. fin. col. 14. vers. quero an circa actus negativos, ext. de consuet. late Roch. Curt. ibid. sect. 4. num. 69. & 75. sicut de

23 lege, quod non tollatur † per actus negativos, etiam per mille annos, late tradit ibid. Curt. volum. 76. Fel. in c. quod

cum accessissent, colum. 10. vers. hanc regulam limita de  
 const. & in c. inter ceteros, colum. 5. de rescript. & de pri-  
 vilegio † notatur per gloss. & Doct. in c. ut privilegia, 24  
 de prsvil. Ex quibus etiam colligitur & probatur com-  
 munis illa limitatio ad hanc nostram conclusionem,  
 quam inter ceteros tradunt Gem. & Franc. post alios, d.  
 c. fin. loc. citat. ut nimirum † consuetudo hæc optandi 25  
 tollatur per contrarium usum, accedente maxime con-  
 tradictione, dummodo † observatus fuerit tanto tem- 26  
 pore, quantum requirebatur ad inducendam consue-  
 tudinem, quod etiā tradit Io. Selu. tract. de benef. 3. p. q.  
 36. ad not per Innoc. in c. accedentibus, de privil. & gloss.  
 in c. cum de beneficio, de praben in 6. Barbat. in c. fin. ext.  
 de consuet. & alii quos refert, & sequitur Curt. d. sect. 4.  
 nu. 69. & 74. & Duen. reg. 142. Ex quo duo confessim  
 sequuntur; alterum est, requiri † spatium annorum 27  
 quadraginta ad hanc consuetudinem tollendam, cum  
 tantum temporis requiri ad eam inducendam, ubi  
 præben. distinctæ sint, quoniam contra jus est, sup. cap.  
 2. q. 2. concl. 1. ostenderimus; atque ita † de quavis con- 28  
 fuetudine, quæ contra jus sit, tenere videtur Barbat. d.  
 c. fin. colum. 29. per gloss. in l. nemo temporalis. ff. de reg.  
 jur. & faciunt quæ adducit Curt. d. num. 74. quicquid  
 in contrarium dixerint Abb. d. c. fin. & Fel. d. c. cum ac-  
 cessissent, vers. 7. limita, de constitution. voleates, suffi-  
 cere decem annos. Alterum est, non sufficere † unum 29  
 actum contrarium, tum quia neque ad eam inducendam 30  
 unicum sufficere demonstravimus, d. q. 2. concl. 3.  
 tum quia ita de quavis † consuetudine contra jus indu-  
 cta tradunt Ias. Bart. & alii, l. de quibus, ff. de legi. Abb.  
 Butr. & Barb. d. c. fi. cū alii, quos refert, & sequitur Curt.  
 d. sect. 4. n. 69. nisi forte consuetudo non esset † comple- 31  
 ta; nam tunc per unicum actū tolleretur, vel saltem in-  
 terrumperetur, iuxta ea, quæ post Abb. Butr. & Barb.  
 d. c. fin. tradit Curt. d. sect. 4. n. 66. Fel. in c. cū accessissent,  
 colum. antepen. vers. quintus casus, de constit. & Tur-  
 zan. opin. 9. n. 4. Franc. Vivi. decis. Neap. 311. num. 7.  
 Quæro tertio et ultimo, an consue-  
 tude

tudo, vel statutum optandi tolli possit per contrariam  
constitutionem?

PRIMA CONCLUSIO. Potest summus Pontifer

32 † per constitutionem tollere non modo consuetudi-  
nem, sed etiam statutum optandi. De consuetudine

33 patet, cum possit Princeps per legem suam tollere †  
contrariam consuetudinem, ita etiam, ut non valeat

contraria consuetudo postea inducta, ut tradunt Abb.

d. c. fin. num. 22. Butr. num. 53. Bart. & ceteri, d. l. de qui-  
bus, Alex. in l. si non speciali, num. 4. C. de testi. & alii

quos referunt, & sequuntur de communi attestantes.

Imol. in c. cum ab omni. n. 3. de jur. & honest. cler. Cun.

d. c. fin. sect. 7. nu. 4. 5. & seqq. Turzan. opin. 99. Vivi. lib.

1. opin. 53. & Soarez. in thesaur. recept. sent. lit. C. numer.

285. De statuto etiam patet, quoniam clarum est, pol-

34 se † superiorem, & Pontificem tollere statuta particu-

laria inferiorum, ut in specie de statutis ecclesiarum  
est tex. apertus, & ibi notant omnes, in c. 1. de constit.

35 † & consuetudinem optandi non potest dici acquisi-  
tum ullum jus saltem singulis. antequam casus evenia;

ad no. per Jas. in l. quo minus, col. 2. vers. secundo ego re-  
spondeo, ff. de flumin. quod & nos in hac specie semel

36 admonuimus, cap. 1. q. 2. Potest autem Princeps † pre-  
judicare per constitutionem suam in acquirendis, ut

inter alios tradit. Ruin. consil. 7. colum. 2. consil. 9. colum.

vol. 1. & alibi, prout refert, & sequitur Port. conclus.

lib. 5. concl. 15. limit. 12. & Gabr. com. concl. lib. 3. de iur.

qua. non toll. concl. 1. imo posse in qua sitis, maxime in

beneficialibus Papam præjudicare supra ostendimus,

37 q. 1. in princip. maxime vero † ubi fit reductio ad anti-

quum statum, ut voluit Port. ubi supra limit. 10. post Gr.

zad. consil. 1. colum. 9. vers. præterea, & secundo responderet,

& Curi. Iun. consil. 1. col. 8. Gabr. ubi supr. concl. 2. nu. 28.

Hic autem redimus ad jus antiquum, cum ante dispo-

sitionem d. c. fin. de consuet. in 6. nullo jure expressum  
optio permitteretur, imo tolli omnino videretur.

SECUNDA CONCLUSIO. Potest per statutum ec-

clesia-

clesiae † simul, & Episcopi tolli ab ecclesia tam con- 38  
 suetudo quam statutum optandi. Dixi autem eccle-  
 siæ simul, & Episcopi, cum & Capitulum in his, quæ  
 spectant ad statuta ecclesiæ sine Episcopo statuere non  
 possit, ut diximus supra cap. 2. q. 3. neque in his possit  
 sine Capitulo, cum de illorum interesse agatur, vulg.  
 reg. quod omnes tangit, de regul. jur. in 6. cum similibus.  
 Probatur nūc unaquæq; pars conclusionis iis rationi-  
 bus, quibus d. quæst. 3. ostendimus posse induci hoc jus  
 oprandi per statutum, quamvis versaretur præjudi-  
 cium Episcopi, idque magis hoc casu admittendum  
 erit, cum sic redeamus adjus commune, quod facile † 39  
 permitti debet, c. ab exordio, 35. distinct. cum aliis qua-  
 late congerit Fel. d. c. cum accessissent, versic. septimo li-  
 mita, de constitut. eo enim casu † valeret statutum et- 40  
 iam ecclesiæ præjudiciale, ut fuse tradit Abb. in c. ec-  
 clesia sancta Maria, colum. penult. & ibi late Fel. eodem  
 tit. & in specie quod possint clerici † statuere contra 41  
 consuetudinem, quæ erat contra jus, patet ex cap. cum  
 omnes, de constitut. cum similibus, & optime ostendit  
 Curt. d. c. fin. sect. 3. num. 10. ob eam quoque rationem,  
 quod tunc redimus adjus commune. Ex quibus etiam  
 patet, non obstat illud, quod ex Innoc. in c. acceden-  
 tibus, de privileg. & Alex. consilio 5. volum. 5. tradunt  
 Curt. d. sect. 4. numero 80. & Petr. Raven. d. enarr. ad  
 tit. de consuet. sect. 5. num. 18. nimicum, non posse † E- 42  
 piscopum etiam cum consensu Capituli renuntiare  
 juriacquisito ecclesiæ per consuetudinem. Et quod  
 docet Bart. in l. privilegio, per illum tex. C. de sacrosan.  
 eccles. Abb. c. pen. in fin. de sepult. & alii quos refert, &  
 sequitur Curt. d. c. fin. sect. 5. numero 42. non valere dis-  
 positionem, per quam tollitur consuetudo utilis ec-  
 clesiæ; responderetur enim primo, ea procedere, ubi con-  
 suetudo ita utilis ecclesiæ sit secundum, aut præter  
 jus, non autem contra jus, ut patet ex exemplis, quæ af-  
 feruntur per illos Doct. ita ut eam auferendo redear-  
 tur adjus commune, prout contingit in casu nostro.  
 Ex quibus etiam illud demum indubitatum remanet,  
 posse

116 ALEX. MONET. TRACTAT.

¶ posse statutum optandi & tolli contraria consuetudine, cum possit consuetudo derogare juri communis, quod fortius est particulari statuto, e. fin. cum ibi non ext. de consuet. multo ergo magis derogabit statuto, illudq; tolleret, quod & notavit Curt. ibid. sect. 7. numero 17. post Corn. consilio 293. circa superdictum volum. I.

SOLI DEO GLORIA.



INDEX



# INDEX LOCU- PLETISSIMUS RERUM, QUÆ IN HOC TRACTATU de Optione continentur.

Prior nota Capita Tractatus, posterior numeros  
margin. demonstrat.

## A.

- A**bsentes ab ecclesia optare possunt. Cap. 4 n. 31. 4.4.  
**A**bsentes causa studiorum de licentia Prelati, vel Papa percipiunt fructus præbendarum 4.48  
**A**bsentes in servitio Papa, vel ecclesia cur optare possint, etiam stante cōsuetudine, vel statuto, quod soli præsentes optare possint 4.45  
**A**bsentes in servitio Episcopi optare possunt 4.46. Quid in absentib. causa studii de licentia Papa, vel Episcopi 4.7  
**A**bsentes in servitio Papa, vel ecclesia optare possunt licet consuetudo, vel statutum disponat, quod soli præsentes optent 4.32. Hi enim habentur pro præsentibus. 3.3.  
**A**bsentes justa de causa in 5.4.
- integrum restituuntur 6.  
44.  
**A**ctus agentium non operatur ultra eorum intentiōnem 3.95  
**A**ctus consuetudinis debent esse interpolati, & conformati 2.37  
**A**ctus quot requirantur ad consuetudinem judicis arbitrio relinquitur 2.35  
 Quid autem hac in re possimum attendere debeat 3.6  
**A**edes, seu domus canonicales per se non conferuntur. 3.11.  
**A**gnitio honorum possessio-  
nis facta per sequentem in  
gradu intra tempus primi  
operatur effectum suum,  
ubi prior non agnoscat. 3.

Altera

- Alternativa mēsum, ejusq;  
effectus, remissive* 3.57  
*Animus inducendi consue-  
tudinem quomodo colliga-  
tur, remissive* 2.26  
*Antiquior canonicus, qui  
postea mutavit prabendā  
per impetrationem, & col-  
lationem in eadem ecclē-  
sia, posterior est in optando  
ei, qui medio tempore rece-  
ptus fuit* 5.12  
*Antiquior canonicus si diffe-  
rat optare intra debitum  
tempus vacantem praben-  
dam quomodo eam possit  
optare junior.* 5.3  
*Antiquiore canonico non o-  
piante vacantem praben-  
dam optat sequens, & sic  
deinceps* 5.13  
*Antiquiore optante vacantē  
prabendam sequens optare  
potest prabendam ab eo di-  
missam, & sic ceterigra-  
datim* 5.15  
*Antiquiores canonici prius  
optant* 4.15. *Antiquiores  
inquam non a tate, sed re-  
ceptione* 16. *Declaratur  
num. seqq.*  
*Antiquiores canonici regula-  
riter prius optare debent,  
quam juniores* 5.2  
*Antiquiores a tate, vel majo-  
res ordine poterunt ex con-  
suetudine speciali preferri  
in optando* 4.18. *veletiam*
- Doctores, aut alia personi  
in signes num. seqq.*  
*Apprehensa possessione pri-  
benda non censetur appre-  
hensa possessio domus opa-  
ta; neque apprehensio in  
fundo censetur apprehen-  
sus alter* 5.33  
*Apprehensio possessionis an-  
necessaria in optionie pri-  
benda, aut domus* 5.33  
*& 36.*  
*Apprehensio possessionis pri-  
collationem beneficii cu-  
necessaria sit, & ad quis  
prosit* 5.33  
*Arbitrii, & arbitratores an-  
possint restituere, vel sal-  
tem pronunciare restitu-  
endum, remissive.* 6.34  
*Argumentum à Rubrica;*  
*optimum in jure* 2.4  
*Ascensus ad maiorem digni-  
tatem permittitur, non ad  
scensus ad minorem* 3.106  
*Quod explicatur* 3.111

## B

- Beneficia curialium dece-  
dium in itinere, dum se  
quuntur recessentem curi-  
am vacare dicūtur in cu-  
ria* 3.27. *Item decedentii  
in loco, unde recessit in cu-  
ria, quam sequi propon-  
morbū non potuerunt* 2.8  
*Beneficia curialiū, qui etiam  
sede vacante ad locum po-  
duas diatas Romanae curi-  
proxi-*

- proximum, ubi domiciliū non habent, quavis de causa secedunt, ibique moriuntur, vacare dicuntur in curia. 3.23
- Beneficia devoluta quomodo dicantur conferri per Papam iure ordinario, ubi etiam infertur ad beneficia degentium, ac decedentium in curia, qui curiales non erant, neque ibi occasione curia morabantur. 3.77
- Beneficia juris patronatus optari non possunt. 3.82
- Beneficia officialium, & S. R. E. Cardinalium potius dicuntur simpliciter reservata, quam vacantia in curia 3.49. Idem in vacantibus per adoptionem alterius incompatibilis. 50
- Beneficia omnium familiarium Papa, nec non & familiarium S. R. E. Cardinalium sunt reservata. 3.54
- Beneficia qualibet S. R. E. Cardinalium, & quorumcunq; officialiū extra curiam etiam decedentium vacare dicuntur in curia 3.31. De protonotariis, n. 32. De collectorib. & sub-collectoribus 33. Idq; procedit, quamvis officiales postea esse desierint. n.34
- Beneficia reservata optari possunt ex speciali consuetudine super hoc inducta. 3.75
- Beneficia reservata per alternativam optari non possunt. 3.73
- Beneficia vacantia in curia si non conferantur intra mensem à Papa possunt conferri per ordinarium collatorem 3.66. secus in devolutus ad Papam 68, aut alias reservatus. num. 69.
- Beneficia vacantia in mensibus Apostolicis sunt reservata; & qui menses illi sint 3.56
- Beneficiarius nō potest suum beneficium diminuere, aut damno afficere 4.6
- Beneficiatus habens ecclesiā parochialem suo beneficio annexam non dicitur simpliciter habere curam animalium 4.9
- Beneficii collationem excommunicato factam mero iure tenere satis probabile est 4.26
- Beneficium conferri alicui potest nomine absentis 4.61
- Beneficium impetrari potest sine mandato 4.62
- Beneficium juris patronatus laicorum potest specialiter I & ex-

& expressere reservari 3. 89  
 Beneficium juris patronatus  
 optari potest accedēte con-  
 sensu patroni 3. 91. Velsi  
 specialis consuetudo super  
 hoc inducta sit, ut id quoq;  
 optetur 3. 92  
 Beneficium semel affectum  
 semper manet affectum 3.  
 35  
 Beneficium vacare in curia,  
 & esse reservatum an idē  
 sit 3. 17  
 Beneficium vacat in curia,  
 vel potius est reservatum  
 per adoptionem secūdi in-  
 compatibilis 3. 38. & 50

C

Canonia, & probenda quid  
 sit 7. 6. & seqq.  
 Canonia ius quoddam spiri-  
 tuale est 7. 7  
 Canonia non debet esse sine  
 probenda, ubi adjunt pro-  
 benda in ecclesia 7. 3  
 Canonia tribuit ius ad pro-  
 bendam 7. 11. Item ius a-  
 ctu percipiendi quotidia-  
 nas distributiones, nisi a-  
 liud obstat 7. 12  
 Canonia tribuit stallum in  
 choro, & exercitium eorū,  
 qua ad divinum officium  
 spectant 7. 8. Item locum,  
 & vocem in Capitulo 7. 9  
 Nisi vel esset puer, vel non  
 subdiaconus 10  
 Canonicatu collato censetur

etiam collata probēda  
 Canonicatus seu canonici  
 stinguitur à probenda  
 Canonici duo assumi possunt  
 nulla etiam vacante pro  
 benda, ubi non est cen-  
 numerus probendarum  
 secus ubi est ceterus 7  
 Canonici omnes presbyteri  
 debent procedere omni-  
 diaconos, & omnes dia-  
 ni omnes subdiaconos  
 26.  
 Canonici probendati, ac  
 gnitates debent infra  
 num suscipere ordinem  
 quisitum 5. 24. Canonici  
 rate esse constituti, ut illi  
 intra idem tempus possin-  
 suscipere  
 Canonici soli, seu beneficii  
 in aliqua ecclesia collegi-  
 ta regulariter optant  
 sunt  
 Canonicus an habeat sui  
 sorē, & an poenitentiarum  
 4. 7. & 12.  
 Canonicus aut alias coni-  
 ctus conjunctione spiri-  
 tu li non potest pro alio cu-  
 iuncto impetrare, aut in-  
 ceptare  
 Canonicus nuper recep-  
 tis debet prius sedere in ul-  
 mo loco intra suum or-  
 nem 7. 3  
 Canonicus, qui ex consueta  
 dñe optare non potest ne-  
 sem

- semel, si semel optavit præbendā, super qua moveatur sibilis, non poterit aliam optionem facere 4. 41. Poterit tamen redire ad suam, si succumbat, eamq; dimiserit cum protestatione 42.
- Canonicus**, qui major est ordine, posterior tamen receptione, quomodo debeat preferri in portione percipienda. 4. 17.
- Capitulum**, seu collegium universum restituitur ex edicto minorum, ubi agitur de servanda consuetudine, vel statuto optandi, quia nemo optavit, alias secus 6. 52.
- Cap statutum**, de præbend. in 6. correctum fuit 3. 40 cuius tamen contrarium aliqui tenent n. 72.
- Clerici**, & presbyteri simplices in aliqua ecclesia non possint optare canonici-  
tus, & canonici dignitates 3. 6.
- Clerici** possunt statuere contra consuetudinem, qua est contra ius 8. 41.
- Collatio beneficii**, facta excommunicato nulla est 4. 23.
- Collatio**, seu investitura non requiritur in optione 5. 32.
- Conditio** habetur pro imple-
- ta cum non stat per eum, qui implere debet 4. 44.
- Conjuncta persona** sine man-  
dato admittitur ad optan-  
dum 4. 63. sicut etiam in  
benefcialibus 64. requiri-  
tur tamen ratihabitio 69.
- Conjuncta persona** regulari-  
ter admittuntur pro con-  
juncta, si caveant de rato  
4. 65. & quæ illæ sint 66. &  
usque ad quem gradum 67.
- Consanguinei** remotiores pos-  
sunt cogere proximiores, ut  
ante annum consanguineis  
à statuto præfixum retrahant 6. 16.
- Consuetudine**, & statuto in-  
duci potest ius optandi 1.  
21.
- Consuetudine** optandi ab al-  
liqua ecclesia sublata per  
pontificiam constitutionem  
non poterit similis consue-  
tudo ex eadem causa de-  
nuo introduci 2. 45. poterit  
tamen ex nova causa 46.  
vel accidente expresso con-  
sensu Pontificis 47. vel et-  
iam sine nova causa, ubi  
solum præterita consuetu-  
do in specie sublata est 48.
- Consuetudinem** optandi in-  
ducere non possunt, qui ejus  
jurus non sunt capaces ex  
se 2. 40. vel nisi illius ca-  
paces fiant ex dispensatione  
I 2 sum-

- summi Pontificis 41  
**Consuetudo à quibus perso-**  
 nis induci possit, remissive  
 2.29
- Consuetudo contra ius non**  
 extenditur de casu vero  
 ad fictum, neq; de loco ad  
 locum, neque de persona  
 ad personam 4.34. Idem  
 in statuto 35. Quod tamen  
 perpetuum nō est, remissive  
 36. pricipue vero ubi in  
 casu omisso militat eadem  
 omnino ratio 37. vel ubi ea  
 equiparantur à lege 38
- Consuetudo contra ius quan-**  
 do extendatur ad casum  
 fictum 4.50
- Consuetudo extenditur ali-**  
 quando 3.111
- Consuetudo illa, qua contra**  
 ius est, requirit spatiū  
 quadraginta annorum,  
 saltem de jure canonico  
 2.5.
- Consuetudo non extenditur**  
 3.105. Quod explicatur n.  
 111. & 112.
- Consuetudo optandi inniti-**  
 tur à iurati canonica 2.1.  
 estq; rationabilis, & à iure  
 approbata num.2.
- Consuetudo optandi juxta**  
 nonnullorum sententiam  
 est prater ius; ideoq; secun-  
 dum eos inducitur spatio  
 decem annorum 2.15
- Consuetudo optandi quando**  
 sūt prater, & quando con-  
 traius, quantoq; tempo  
 inducatur, late distingui-  
 tur 2.16. & seq.
- Consuetudo optandi induc-**  
 tur spatio decem annorum  
 ubi prabenda certa sum  
 numero, sed non distin-  
 quoad proprietates, qui  
 niam portiones queda-  
 inaequales assignantur  
 17
- Consuetudo optandi ut indi-**  
 catur, ubi prabenda sum  
 distincta, requiritur spatiū  
 quadraginta annorum  
 2.1. act
- Consuetudo optandi ubi pre-**  
 benda sunt distincta, &  
 contra ius, vel, si prater  
 derogat tamen iure eccl  
 sia, cui collator praest 2.14  
 & seq.
- Consuetudo optandi domi-**  
 cur possit induci mino-  
 spatio, quam quadraginta  
 annorum 2.21. & 3.9. cito  
 seqq.
- Consuetudo optandi domi-**  
 in ecclesia Mediolani  
 antiquissima 3.1. non  
 tene
- Consuetudo optandi requiri-**  
 scientiam, & patientiam  
 ordinarii collatoris 2.1. can  
 Item scientiam, & consu-  
 sum saltem tacitum m  
 Consu-  
 jores partis Capituli 2.1  
 eumq; non erronem, &  
 na

- ex certa scientia, & animo  
inducendi consuetudinem 25
- Consuetudo optandi quomo-  
do probetur, remissive 2.  
28
- Consuetudo optandi, sicut &  
cetera consuetudines uni-  
co actu induci non possunt  
2. 30. etiam si actus sit no-  
torius toti collegio 31. Nisi  
actus sit successivus 32. &  
38. vel judicarius nu. 33.  
Quod tamen est dubium  
34
- Consuetudo optandi unico  
actu cum quadragenaria  
præscriptione forte induc-  
tur 2. 38
- Consuetudo optandi non de-  
bet necessario esse obtenta  
in contraditorio iudicio,  
sicut & alia consuetudines,  
nisi ubi unico actu indu-  
cenda est 2. 39
- Consuetudo optandi, seu sta-  
tutum potest etiam locum  
habere in collegio Mansio-  
nariorum 3. 4
- Consuetudo optandi inter ca-  
nonicos inducta non ex-  
tenditur ad dignitates, seu  
Prælatos, ut possint optare  
canonicæ præbendas 4.  
2.
- Consuetudo optandi sicut  
quævis alia inducta in u-  
na ecclesia non extenditur
- ad aliam ecclesiam licet  
illi subjectam 4. 40
- Consuetudo optandi non est  
improbata à jure, sed imo  
permissa. & quadammodo  
approbata 4. 51
- Consuetudo optandi locum  
non habet quoad Aposto-  
licos impetrantes 8. 12. nisi  
de hoc specialis consuetudo  
inducta sit 13
- Consuetudo optandi non tol-  
litur per non usum 8. 18.  
Idq; licet evenerit casus o-  
ptionis 19
- Consuetudo optandi tollitur  
per contrarium usum ac-  
cedente maxime contradic-  
tione 8. 25. dummodo ob-  
servatus sit tanto tempore,  
quæcumque requiritur ad in-  
ducendam consuetudinem  
26. hoc est, quadraginta  
annorum, ubi præbenda  
sunt distinctæ 27
- Consuetudo optandi non tol-  
litur per unicum actum  
contrarium 8. 29. Idem in  
quavis consuetudine 30.  
Tolleretur tamen, vel sal-  
tem interrumpetur, ubi  
consuetudo non esset com-  
pleta 31
- Consuetudo optandi, sicut &  
statutum potest tolli à Pa-  
pa per contrarium consti-  
tutionem 8. 32. & seqq.
- Consuetudo optandi, sicut &  
statu-

- statutum potest tolli per contrarium statutum Capituli simul, & Episcopi. 8. 38
- C**onsuetudo præter jus est, que neq; contra, neq; etiam secundum jus est 2. 10
- C**onsuetudo præter jus inducitur spatio decem annorum 2. 6. Idem secundum aliquos in qua rationabili, & aqua. 7. Si tamen agatur de præjudicio tertii privati requiruntur xxx. anni num. 8. Si de præjudicio ecclesia, quadraginta 9
- C**onsuetudo quomodo probatur, remissive 3. 27
- C**onsuetudo rationabilis contra jus requirit ad sui introductionem spatiū quadraginta annorum 2. 22
- C**onsuetudo rationabilis que sit, judicis arbitrio relinquitur 2. 11. Quid autem arbitrari debet judex, explicatur num. 12. & seqq.
- C**onsuetudo tollitur per contrarium usum 8. 22
- C**onsuetudo tollitur tanto tempore, quantum requiritur ad eam inducendam 8. 18
- C**ontingentia ut plurimum attendenda sunt 5. 11
- C**opula, Et, ponitur inter diversa 7. 2
- C**uriandum nomine quinam comprehendantur 3. 21
- D**erogatus potest eligere, & aprare 4. 21
- D**erogare in specie optioni potest Papa 8. 1. & seq. In dubio tamen non censetur velle ei derogare num. 3. & seqq.
- D**erogare optioni non est nescisse, ubi quis providet de beneficio vacante apud sedem. 8. 6
- D**erogatio generalis sufficiat impediendam optionem, ubi providetur mou proprio de præbenda specialiter reservata; scilicet ubi provisio fiat ad petitionem partis 8. 11. & ratio diversitatis 11
- D**erogatio saltem generalis optionis requiritur ubi apostolus confert, vel mandat transferri præbendam generaliter reservatam 8. 7. Probabile tamen est non requiri hanc generalem derogationem 8 saltem in beneficiis vacantibus in mensibus apostolicis
- D**erogatio specialis consuetudinis, vel statuti etiam pro rati de operando non requiritur, ubi alicui prouideatur de præbenda vacante in curia 3. 1

Dero  
re  
u  
co  
m  
ga  
ar  
cl  
Dicit  
q  
be  
Dicit  
u  
de  
xc  
Dicit  
fir  
m  
1.  
Dig  
cl  
le  
Dign  
le  
P  
le  
le  
5  
Div  
ru  
ai  
le  
sa  
Doc  
4  
Don  
n  
r  
Dero

- quinam  
r 3.21
- ligere, &  
4.11
- optioni p-  
& seq. 11
- n censem  
nu. 3.6
- zon esti-  
rovidem  
ante apu-  
8.6
- is suffici-  
m optione,  
motu pro-  
la speciali-  
jecus ubi  
petitionem  
at. divi-  
11  
generalis  
tur ubi Pa-  
nandat in  
m generali-  
7. Proba-  
non requiri-  
m deroga-  
n in benefi-  
is in mens-  
s consueta-  
e etiam in  
non requiri-  
licui provi-  
benda va-  
3.11
- Derroatio specialis optionis  
requiritur, ubi provisio fit  
vigore expectativa alicui  
concessa 8. 14. Nisi Papa  
mandet provideri de pin-  
guiori prabenda 15. vel  
ad sit motus proprius cum  
clausula, non obstante 16
- Dic̄tio, amplius, ad eum quo-  
que pertinet, cui nihil de-  
betur 5.10
- Dic̄tio, cum, posita inter di-  
versas orationes stat potius  
demonstrative, quam ta-  
xative 3.60
- Dic̄tio, gradatim int̄ ex cap.  
fin. de consuet. libr. 6. quo-  
modo proprie sumatur 5.  
14.
- Dignitates aliqua sunt in ec-  
clesia collegiatus, & qua il-  
le sint 5.19
- Dignitates omnes Pontifica-  
les; nec non & majores post  
Pontificalem in cathedrali-  
bus, & principales in col-  
legiatus sunt reservata 3.  
55.
- Divisio beneficiorum unito-  
rum debet fieri ab habente  
auctoritatem servata so-  
lemnitate, & ex justa cau-  
sa, sicut & unio 4.5
- Doctorum ordo precipuus est  
4.19.
- Dominium pecunia soluta  
negotiorum gestori acqui-  
ritur, creditori ratihabi-
- tione secuta. 4.59
- Domus an, & quando sit an-  
nexa prabenda 3.8
- Domus canonicalis nihil fere  
habet spiritualitatu sicut  
prabenda 3.10
- Domus canonicalis optari po-  
test ex communi doctorum  
sententia 3.7
- E
- Episcopus cum consensu Ca-  
pituli an possit renunciare  
juri acquisitione sua ecclesie.  
per conuetudinem 8.42
- Episcopus, & clerici inferio-  
res collegium constituentes  
possunt contra canones sta-  
tuere in materia, in qua  
induci potest consuetudo  
canone permittente 2.58
- Episcopus extra diocesim po-  
test sua beneficia conferre  
3.80.
- Episcopus potest saltem ad  
vitam suam condere sta-  
tutum optandi 2.59. quod  
idem perpetuo durabit si  
accesserit consensus Capi-  
tuli nu 60
- Episcopus, seu alius inferior  
non potest contra canones  
stauere 2.53. Quod limi-  
tatur nu. 58
- Erubescimus sine lege loqui  
3.2.
- Etymologia dat propriū ver-  
bis intellectum 1.11. & ab  
ea sumtum argumentum  
I 4 optime

- optime in iure procedit 12  
**E**xcommunicatus equipara-  
 tur deportato 4.27  
**E**xcommunicatus non amit-  
 tit fructus beneficii, nisi  
 per sententiam eos expresse  
 continentem 4.30  
**E**xcommunicatus potest ac-  
 ceptare beneficium iam si-  
 bi collatum 4.25  
**E**xcommunicatus potest ea,  
 quae sunt facti, & per quae  
 solum declaratur volun-  
 tas 4.29  
**E**xcommunicatus potest opta-  
 re 4.20. Contrarium alii  
 2.1  
**E**xcommunicatus privatur  
 fructibus beneficii 4.22  
**E**xpectans posterior in data  
 acceptans intra mensem  
 primi non tenetur amplius  
 acceptare in suo mense,  
 ubi primus debito tempore  
 non acceptavit 5.5  
**E**xtravag. ex debito, quae est  
 10.22. de elect. in commun.  
 & extravag. Ad regimen,  
 quae est Benedicti xii. de  
 preben. in commun. expi-  
 rarunt morte illorum Pon-  
 tificum, sed renovantur  
 per regulas cancellariae 3.  
 40

## F.

- Facilis est redditus ad jus com-  
 mune 8.39  
**F**acultas non tollitur per non

- usum 8.10  
**F**acultatis jura non prescri-  
 buntur 8.2  
**F**avori suo quilibet renun-  
 ciare potest, & ei, quod in  
 suum favorem introdu-  
 ctum est 6.4. & 3.10  
**F**ructus beneficii an possit  
 percipi ab excommunicato  
 4.22  
**F**ructus bonorum alicuius  
 ecclesie, & beneficii des-  
 nunt esse obnoxii pensioni,  
 quando ea desinunt esse bo-  
 na, & fundi illius ecclesie  
 7.31

## G

- G**eneralis derogatio. Vide de-  
 rogatio generalis.

- G**radatum, dictio inter cap.  
 fin. de consuet. in 6. quo-  
 modo proprie sumatur  
 1.4

- G**rossi fructus a probenda, &  
 distributionibus distin-  
 guuntur 3.14  
**G**rossi fructus si obtenti fue-  
 rint per canonicum in cu-  
 ria defunctum, optari u  
 defuncto non possunt 3.14

## H

- H**abilitas, & capacitas iuri  
 optandi requiritur in iure  
 qui hujusmodi consuetu-  
 dinem debent inducere 2.  
 40. vel quod fiant capaci  
 ex dispensatione summi  
 Pontificis 2.41  
**H**abi-

- 8.10  
 n prescri-  
 8.2  
 et renun-  
 i, quod in  
 introdu-  
 & 3.107  
 n possit  
 munica-  
 alicuius  
 reficii des-  
 pensioni  
 unt esse bo-  
 ius ecclesi-  
 9. Vide de-  
 s.  
 n tex. cap.  
 in 6. qui-  
 matur  
 benda,  
 dissim-  
 3.14  
 tenti fui-  
 um in cu-  
 , optari  
 sunt 3.14  
 citas juri-  
 tur in iū,  
 consuetu-  
 ducere i-  
 nt capaci-  
 e summi  
 2.41  
 Habi-  
 8.10  
 aut religiosum, sed potius  
 professio regularis 2.44  
 I  
 Ignorantia affectata, & supi-  
 pina nō excusat, quin cur-  
 rat tempus, cum utraque  
 prosciētia habeatur 6.23  
 Ignorantia juramento quan-  
 do probetur, remissive 6.  
 34  
 Ignorantia regulariter pra-  
 sumitur 6.33  
 Ignorantia supina quae sit,  
 que ve probabilis, judicā-  
 tis arbitrio relinquitur 6.  
 24.  
 Impedimenta, ob qua compet-  
 tit restitutio in integrum,  
 remissive 6.45  
 Impedito non currit fortasse  
 ullum tempus, ubi impe-  
 dimentum non sit affecta-  
 tum 6.40  
 Indulta beneficiorum maxi-  
 me vacantium in mensib.  
 reservatis, non ampliant  
 gratiam 3.64  
 Indultum beneficiorum re-  
 servatorum non compre-  
 hendit vacantia in curia,  
 nisi id in specie exprima-  
 tur 3.62  
 Index competens in causa re-  
 stitutionis in integrum ad-  
 versus omissam optionem  
 quis sit 6.53  
 Iuniores optare poterunt, et-  
 iam antequam optent an-  
 tiquiores, cum protestatio-  
 ne 6.17  
 Iuri patronatus etiam laico-  
 rum potest expresse dero-  
 gari 3.90  
 Iuri patronatus prescribitur  
 spatio quadraginta anno-  
 rum 3.93  
 Iuris nomen in definitione o-  
 ptionis accipitur pro legi-  
 tima facultate 1.14  
 Ius ad rem, aut in re, an. &  
 quando per optionem tri-  
 buatur 1.15  
 Ius in beneficio acquiritur  
 per solam collationem an-  
 te apprehensionem posses-  
 sionis 5.34  
 Ius optandi cedit ad commo-  
 dum, & decus totius colle-  
 gii 1.18  
 Ius optandi induci potest con-  
 suetudine 2.3  
 Ius optandi induci potest sta-  
 tuto 2.49  
 Ius optandi locum regulari-  
 ter habet solum in ecclesias  
 collegiatu 1.16  
 Ius optandi locum quoq; ba-  
 bere potest in quovis sacro  
 collegio, in quo singulis pro-  
 videtur de beneficio ali-  
 quo, seu commenda, ut in  
 militia S. Ioannis Hiero-  
 solymitani 3.5  
 Ius optandi non est in omni-  
 bus ecclesias 1.19. neque iis  
 I 5 com-

competit de jure communi  
20.

Ius optandi religiosis collegis  
competit ut collegium con-  
stituunt, non ut singulari-  
bus personis 1.17. & seq.

## L

Lex, & constitutio posterior  
cōtraria tollit priorem, li-  
cet de ea mentionem non  
faciat 3.71

Lex inferioris quando prae-  
matur juri, arbitarium  
est judici 6.25

Lex non tollitur per actus ne-  
gativos, seu per non usum  
8.13.

## M

Major, vel minor dignitas  
quando successive possint  
obtineri; & inter eas ascē-  
sus, vel descensus detur 3.  
115.

Mandati fines diligēter sunt  
custodiendi 3.114

Manus appositiō affectio di-  
citur, & inducit quandam  
reservationem, & quando  
3.51.

Melius est habere, quam non  
habere 5.8

Melius est quod est magis  
gratum 3.113

Milites, seu militaris religio-  
nis equites an possint in-  
ducere consuetudinem o-  
ptandi 2.42

Minores, & iuste impediti re-

stiuuntur lapsō tempore  
optandi 6.43

Minor, & iuste impeditus re-  
gulariter restituuntur ad-  
versus qualibet omissa, &  
lapsū temporum ad ali-  
quid agendum 6.46

Minoribus impeditis fortē  
currit tempus optandi 6.  
41.

Minor prabenda, qua tamen  
sit magis grata, optari po-  
test 3.100. Quod latius  
probatur nu. 107. & seqq.

Contrarium alii nu. 101.  
Quod confirmatur 104.

105. & 106. Alii distin-  
guunt 102. Qua tamen  
distinctio refellitur 103

Minus licet, cui licet & plus,  
& melius est, quod est ma-  
gis gratum 3.108

Minus solutum intelligitur,  
quamvis nihil sit solutum  
5.9.

Mors, velejus notitia quomo-  
do probetur remissive 6.36

Motus proprius habet vim  
derogatoria 8.17

## N

Navarri Doctoris auditorii  
4.10.

Notitia ficta, de qua in clem.  
un. §. ceterum, de concess.  
prabend. procedit solum in  
casu speciali illius clem. 6.  
22.

Notitia vacationis beneficij  
qua

empero  
6.43  
ditus re-  
itur ad-  
missa, &  
n ad ali-  
6.46  
s forten-  
tandi 6.  
u & tamen  
optari po-  
od latiu-  
& jeqq.  
nu. 101.  
ur 104.  
lii distin-  
& tamen  
ur 103  
t & plu-  
odest ma-  
3.108  
elligitur,  
t solium  
a quomo-  
si ve 6.36  
ibet vim  
8.17  
uctoritas  
a in clem.  
le concess.  
solum in  
s clem. 6.  
beneficii  
qua

- qua sufficiens sit ad effectū  
optionis, & quando prasu-  
matur 6.38
- O
- Optans debet admitti per  
Capitulum, vel eum, qui  
praest Capitulo 5. 29. nisi  
tamen hæc solemnitas con-  
traria consuetudine sub-  
lata sit 30. Imo forte non  
requiritur etiam tacitus  
consensus Capituli, sed  
sufficit notificare Capitulo  
optionem 31
- Optans domum, vel prabendam  
videtur necessario  
habere debere, quod di-  
mittat 5. 6. Contrarium  
n. seq.
- Optans ex speciali consuetu-  
dine prabendam superioris  
ordinis aut gradus, si  
muleriam optabit stallum  
in illo ordine, vel gradu 7.  
25. postremum tamen in eo  
ordine locum obtinebit 27
- Optans intra eundem ordi-  
nem ascendit saltem per  
accidens ad locum superior-  
rem in choro 7.23
- Optans prabendam ubi pre-  
benda sunt distincta reali-  
ter, vel assignantur cano-  
nicis saltem ad tempus in  
determinato corpore, di-  
mittit onus pensionis, quo  
gravata est prabenda, quæ  
dimittit 7.28
- Optare accipitur pro deside-  
rare 1. 2. Item pro eligere  
3 eñ 8. & hoc utroq; modo  
sumptum dicitur à verbo  
Graco ὄπισθε 4
- Optio canonica unde nomen  
sumat 1.10
- Optio canonica quomodo de-  
finiatur 1.13
- Optio de duobus dicitur, ele-  
ctio de pluribus 1.5. & alia  
differentia utriusq; remis-  
sive 6
- Optio ecclesiastica canonica  
dicitur 1.9. & optatio nu.  
seq.
- Optio gradatim fit; idq; duo-  
bus modis accidit 1. 22. cū  
seq.
- Optio intra quod tempus fie-  
ri debet, & an illud tem-  
pus mutari possit, remissi-  
ve 1.31
- Optio intra viginti dies fieri  
debet 6.1 etiam ubi nullus  
ad sit executor, vel expe-  
ctans 2
- Optio libere fit, & volunta-  
rie, non coacte 1.27
- Optio locum fortasse habere  
potest in beneficiis vacan-  
tibus in curia, si intra mē-  
sem per Papam non confe-  
rantur 3.65. Contrarium  
tamen verius num. 70. &  
seq.
- Optio locum habet in benefi-  
ciis devolutu ad Papam

- ex negligentia inferiorum  
3. 76. & in iis quæ Papa  
ordinario jure refert 77
- Optio locum non habet regu-  
lariter in aliis beneficiis,  
quam canonicatibus 3. 1
- Optio locum non habet regu-  
lariter in præbendis apud  
sedem, seu in curia vacan-  
tibus 3. 13
- Optio locum regulariter non  
habet in beneficio quomo-  
docunq; sive generaliter,  
sive specialiter reservatis  
3. 41. Quod tamen tempe-  
rant aliqui, ut solum pro-  
cedat, ubi specialis reser-  
vatio fiat motu proprio, non  
ad instantiam partis 42.
- Item ubi specialis reser-  
vatio fit de beneficio certo,  
non autem incerto 43
- Optio locum regulariter non  
habet in præbendis vacan-  
tibus in curia, quæ per al-  
lium quam Papam, aut ex  
eius facultate conferun-  
zur 3. 59. ex quo infertur  
ad habentes indulsum 61.  
secus in vacantib. in men-  
sibus Apostolicis, eaq; sola  
ratione reservatis 63
- Optio locum regulariter non  
habet in præbendis resi-  
gnatis in curia 3. 74
- Optio regulariter locum non  
habet in permutatione, seu  
in beneficiis, quæ permu-  
tantur 3. 94. nisi de hoc  
specialis consuetudo sit in-  
ducta 3. 97
- Optio regulariter locum non  
potest habere de uno ordi-  
ne ad alium in cathedrali-  
bus, ubi ex Concil. Tri-  
dent. dispositione certus or-  
do sacer præbendis, vel po-  
tius canonicatibus anni-  
xus est, secus in aliis ecclæ-  
sis collegiatis, ubi ex sola  
consuetudine, vel statuto  
certus ordo præbendis an-  
nexus est 3. 27
- Optio regulariter locum po-  
test habere in dignitatib.  
que nō sint reservatae, aut  
si specialis consuetudo in-  
ducta sit post Concil. Trid.  
ut etiam in cathedralibus  
intra diversos ordines op-  
tio fiat 3. 28
- Optio speciali consuetudine  
locum habere potest, ubi  
præbenda sunt diverso-  
rum generum 3. 26
- Optione canonicatus nō mu-  
tatur, sed sola præbenda 7.  
18. Mutatur tamen jus spi-  
rituale, quod est annexum  
præbenda 19. Imo etiam  
quodammodo titulus, ubi  
saltem præbenda sunt di-  
stinctæ num. 20. Contra-  
rium alii, qui exponuntur  
21
- Optionē gradatim fieri quot  
modis

- modis accipi possit 5.1  
 Optiones collationem non requirunt, neq<sup>z</sup> collationes sunt 4.24  
 Optiones fieri possunt per procuratorem habentem speciale mandatum 4.52.  
 Imo per procuratorem cum libera num. 55. Quid in habente generale mandatum 58  
 Optiones per quemcunque nomine meo facta valent, si ratum habeam 4.60  
 Optionis canonica definitio 1.13  
 Optionis canonica nomē unde dicitur 1.10  
 Optionis nomen de pluribus aliquando dicitur 1.7  
 Optionis unica est species substantialis, plures tamen accidentales. 1.32  
 Optionum alia est, qua consuetudine inducitur, alia, qua statuto 1.33. Item alia beneficiorum spectantium ad Pontificis collationem; alia ad ordinarii provisionem 34  
 Optionum alia, qua à canonici fit; alia, qua à mansionarius; alia, qua ab equitibus 1.35  
 Ordo aliquis annexus ne fuerit prabendis de jure antiquo 5.20  
 Ordo sacer annexus erat de jure antiquo dignitatibus 5.21  
 Ordo sacer ex Concil. Trid. annexus est prabendis seu canonicatibus cathedralium, ita ut dimidia sicut pars canonicorum sint presbyteri, ceteri vero diaconi, & subdiaconi 5.23  
 Ordo sacer requisitus ad quemvis canonicatum, seu dignitatē debet intra annum suscipi 5.24
- P
- Papa, & Princeps potest præjudicare in acquirendis, imo & in quasitis 8.36. maxime ubi redimus ad jus antiquum 37  
 Papa in beneficialibus habet plenitudinem potestatis 8.2  
 Papa, vel Princeps in dubio non censetur velle derogare juri quasito 8.4. Idq<sup>z</sup> si vesit jus in re, sive ad rē; & licet modicum sit præjudicium 5  
 Papa potest derogare optionē 8.1. in dubio tamen non censetur velle ei derogare 3  
 Pensio est onus reale 7.29. & transit ad quemcunque transit beneficium, & prabenda 30  
 Pensio etiam imposta super folis

- solis distributionibus, vel  
 super distributionibus si-  
 mul, & præbenda, omnino  
 dimititur per eum, qui  
 via collationis, & nova  
 provisionis mutat canoni-  
 catum 7.37
- Pensio non dimititur per o-  
 ptionem, ubi per canepa-  
 riū Capituli sit loco præ-  
 benda certa distributio in  
 bladis, vel pecunia 7.32
- Pensio per optionem non di-  
 mittitur ubi ea imposta  
 sit in totum, vel pro parte  
 super distributionib. quo-  
 tidianis; tunc enim saltem  
 ad ratam illis correspon-  
 dentem solvenda erit ab  
 optante 7.33
- Pensionarius non potest exi-  
 gere à Capitulo pensionem  
 impositam super distri-  
 butionibus quotidianis, cui  
 vacante canonicatu illa  
 accrescunt 7.34
- Pensionarius, qui resignavit  
 duo beneficia Titio reser-  
 vat a sibi pensione super u-  
 troque, si Titius alterum  
 Seio resignet, exiget pen-  
 sionem à Titio, & Seio ad ra-  
 tam valoris utriusq; bene-  
 ficii 7.35
- Pœnitentiarius optando non  
 dividit, aut unit officium  
 à beneficio, seu cum illo,  
 sed dimittit præbendam
- cum onere, & officio 4.11  
 Pœnitentiarius principaliter  
 habet officium, præbendam  
 per annexionem secundum  
 Navar. 4. 8. de quo num-  
 13.
- Possessio beneficij capi debet  
 ad cornu altaris; secundum  
 præbenda optata 1.38
- Possessio beneficij, & præbен-  
 da, seu domus optata, ubi  
 nemine detineatur, potest  
 capi propria auctoritate  
 5.37.
- Possessio beneficij, seu prebен-  
 da, aut domus optata in-  
 tra quantum tempus capi  
 debeat, remittitur arbit-  
 rioris judicis 5.40
- Posterior constitutio contra-  
 riatorum priorem, licet de  
 ea mentionem non faciat  
 3.71.
- Præbenda dimissa non potest  
 simul retineri cum optata  
 1.28.
- Præbenda habet aliquid sp.  
 ritualitatis distinctum à  
 canonia 7.11
- Præbenda nascitur à can-  
 nia sicut filia à matre 7.  
 4.
- Præbenda non optata dan-  
 debet noviter recepto, &  
 proviso 7.24
- Præbenda non vacans optari  
 non potest, nisi ex speciali  
 consuetudine 1.25. & seq.  
 p. 1.

- Prabenda per optionē dimis-  
 sa, vacare dicitur 1. 24  
 Prabenda quomodo definiri  
 possit 7. 13  
 Prabenda resignata in per-  
 mutatione alteri, quam  
 uni ex permutantibus cō-  
 ferri non potest 3. 96  
 Prabenda sumta pro tempo-  
 ralitate competit etiam  
 laico 7. 84  
 Prabenda Theologalis, pœni-  
 tentiarie, vel similis opta-  
 ri non potest 3. 98. conferri  
 enim debet certis personis  
 qualificatis 99  
 Prabenda nomen propriæ so-  
 lum locum habet in eccle-  
 siis collegiatis 3. 3  
 Prabenda quibusdam in locis  
 alia subdiaconales, alia  
 diaconales, alia presbyte-  
 rales 5. 18  
 Prabendā pœnitentiarii, aut  
 similem obtinens, non po-  
 test secundum aliquos a-  
 liam optare 4. 4. Contra-  
 rium alii num. 11  
 Prabendarum, & canonico-  
 rum varii ordines, & gra-  
 duis 5. 16. & seqq.  
 Pralatus non potest præjudi-  
 care iuribus ecclesie 2. 54.  
 Quod quomodo verum sit,  
 explicatur num. 55. & se-  
 quentib.  
 Pralatus potest donare ali-  
 qua bona loco religioso 2.  
 25. & seq.  
 Pralatus præjudicare potest  
 ecclesia sua in quærendis,  
 non in quæsitis 2. 57  
 Præscriptio, & consuetudo  
 extenduntur ad casus o-  
 mnino similes 3. 112  
 Præscriptio non extenditur  
 nisi ad id, quod est posse-  
 sum 3. 104  
 Præscriptio temporalis non  
 currit minori 6. 42  
 Præsumptiones, & conjectura  
 scientia tolluntur si probe-  
 tur absentia, vel alia ju-  
 sta ignorantia causa 6. 32  
 Prior in data, qui nō fuit ne-  
 gligens præfertur in optan-  
 do priori in receptione, po-  
 steriori tamen in data.  
 Privilegiati, ut percipiant  
 fructus ac si residerent, o-  
 ptare non possunt, & gau-  
 dere aliis privilegiis, qua-  
 competunt præsentib. tam  
 de jure communi, quam  
 ex consuetudine, vel statu-  
 to 4. 49  
 Procurator admittitur in  
 quavis re, ubi non prohi-  
 betur 4. 54  
 Procurator cum libera & qui-  
 paratur habenti speciale  
 mandatum 4. 56. Ites in po-  
 test permittare 57  
 Procurator habens generale

mata

mandatum, & negotiorū  
gestor si nomine meo optet,  
& ego ratum habeam, o-  
ptio valebit 4. 58  
Protestatio quid pro sit optan-  
tibus 4. 42. & 6. 17

## Q

Quotidiana distributiones  
accessoria non sunt ad pra-  
bendam, sed potius ad ca-  
nonicatum 7. 36  
Quotidiana distributiones  
differunt à prabenda, &  
grossa 3. 14

## R

Ratihabitio requiritur ubi  
aliquis sine mandato spe-  
ciali, aut sine libera pro a-  
lio optavit 4. 69. & an ra-  
tihabitione hujusmodi per  
antiquiores facienda pen-  
dente possint interim ju-  
niiores optare 70

Rationabilis consuetudo est  
qua continent bonum hone-  
stum, vel honorabile 2. 14

Rationabilitas non requiri-  
tur in consuetudine, qua  
prater jus est 2. 13

Redditus ad jus commune fa-  
cile permittitur 8. 39

Regula cancellaria vim legis  
obtinet 8. 10

Religio militaris Hierosoly-  
mitana ut nobilissima est,  
ita sola inter militias pro-  
prium religionis nomen  
obtinet 2. 43

Reservata alicujus praben-  
da, si ille optet aliam que-  
nam censeatur reservan-  
re missive 3. 8

Reservata sunt beneficia va-  
cantia per promotionem  
ad episcopatum 3. 52. &  
quando ea vacent de jun-  
veletiam de stylo Romana  
curia 11

Reservata sunt quavis ben-  
eficia in curia vacantia  
48

Reservatio comprehendit bi-  
necchia juris patronum  
ecclesiarum 3. 87. Autem  
iam laicorum eius compe-  
tentis ex privilegio, vel  
præscriptione 88

Reservatio duplex est, altera  
generalis, specialis altera  
3. 44

Reservatio mentalis quid sit,  
& an sit in usu 3. 45. &  
quid de individualia seu spe-  
cialissima 45

Reservatio non comprehen-  
dit beneficia juris patro-  
natus maxime laicorum 3.  
83. etiam si ad sint in reser-  
vatione illa verba, ad cu-  
juscunq; provisionem, pre-  
sentationem, dispositionem,  
&c. 84. Imo licet benefi-  
ciū sit mixtim jūrus patro-  
natus clericorum, & lai-  
corum 85. aut clericō com-  
petentis ratione bonorum  
patri.

patrimonialium 86  
 Reservatio specialis à gene-  
 rali in quo differat 3.47  
 Reservationis beneficiorum  
     materia, remissive 3.58  
 Restitutio conceditur propter  
     amissum interesse verita-  
     tis & affectionis 3.110  
 Restitutio in integrum etiam  
     ecclesia solum datur ob  
     magnum lassionem 3.109  
 Restitutio in mere spirituali-  
     bus vel eis annexis quan-  
     do detur 6.47  
 S  
 Scientia presumitur de eo, de  
     quo est publica vox, & sa-  
     ma 6.29  
 Scientia presumta sufficit in  
     casu clem. 1. de præben. non  
     autem in tempore optandi,  
     aut conferendi beneficium  
     3.79.  
 Scientia probatur presump-  
     tionibus, & conjecturis 6.  
     26.  
 Scientia, vel ignorantia quo-  
     modo probetur, vel presu-  
     matur 6.35  
 Scire quis presumitur qua-  
     fiunt in loco, quæ frequen-  
     tat 6.31  
 Sede vacante potest ordina-  
     rius beneficia simplicia  
     vacantia in curia post  
     mensem conferre 3.67  
 Significationes varia nomi-  
     nu optionis, remissive 1.1

Singuli de Capitulo con-  
     sire debent cum de singue-  
     lorum prajudicio agitur.  
     6.6.  
 Stallum optare quis non po-  
     test non optata etiam pra-  
     benda, seu propria non di-  
     missa 1.29  
 Statuta condere in iis, que  
     concernunt statum ecclae-  
     sia requirit Episcopi auto-  
     ritatem 2.52. Quod quo-  
     modo verum sit, explica-  
     tur num. 55. & seq.  
 Statuta inferiorum potest su-  
     perior tollere. 8.34  
 Statutum, & consuetudo o-  
     ptandi non tribuit ullum  
     ius singulis, antequam ca-  
     sus eveniat 8.35  
 Statutum etiam prejudicia-  
     le ecclesia admittitur cum  
     redimus ad ius commune  
     8.40.  
 Statutum optandi fieri potest  
     ab Episcopo quoad benefi-  
     cia spectantia ad ejus col-  
     lationem, non autem alio-  
     rum 2.50. Ab aliis vero in-  
     ferioribus fieri non potest  
     hujusmodi statutum 51  
 Statutum optandi potest tolle  
     contraria consuetudine 8.  
     43.  
 Statutum, vel consuetudo  
     disponens de presentibus  
     in ecclesia extenditur de  
     casu vero ad fictum 4.39

K

Sub-

Subdiaconus esse debet canonicus, ut habeat vocem in Capitulo 5.22

## T

Tempus legitimum optandi tunc demum minui potest per Capitulum, si in id cōsenserint omnes optare volunties 6.5

Tempus mensis, qui pluribus expectantib. datur, omnibus simul currit 6.14

Tempus optandi forte nō currit iusta de causa impedito 6.39

Tempus optandi minui potest per Capitulum 6.3

Tempus optandi non currit ex eo, quia vacatio nota sit in ecclesia, vel loco beneficii, nisi ibi sint presentes qui optare volunt 6.21

Tempus optandi non modo non currit toti collegio canonicorum ignorantia vacationem, sed neque singularibus personis, si aliis scientibus vacationem, aliqua ex illis eam ignorent. 6.20.

Tempus optandi omnibus simul currit, & unicum datur 6.11

Tempus optandi solum currit à die scientie vacationis. 6.18.

Tempus, quod pluribus datur etiam gradatim ad a-

liquid agendum, omnibus simul, & collective datum censetur 6.

Tempus redimiendi à statu præfixum currit simul minib. consanguineis, quibus unus eorum alteri transferatur 6.1

Tempus sex mensium ad ferendum ordinarii soli currit à die scientie vacationis 6.19. & 3

Tempus viginti dierum optandum prorogari potest per Capitulum 6.7. Quidam prorogatio non est Apostolicus imperantibus. 8. Nisi inducatur consuetudo post cap. fin. consuet. in 6. num. 9. sed vero in statuto 1

Tempus unicum vigintiduum ad optandum, ne prater antiquorem latetur, quæ cautela sint ad benda 6.15. & seq.

Theologi, & pœnitentiarii sicut quomodo institutum sit 4

## V

Vacare in curia dicitur neficiū per obitum in curia habentis ibidem originem, ibique moratur occasione curia 3.24. ibi nabitis perpetuum micilium, seu dominum iam conductam 8

- Vacare in curia dicitur beneficium per obitum legatorum, ac nunciorum sedis Apostolica intra duas diatas à curia distantes decedentium 3.29. Aut etiam ubi cuncti durante legatione, ac negotii prosecutio-  
ne 36
- Vacare in curia dicitur beneficium per translationem, consecrationem, electionem cassationem, postulatio-  
num repulsionem, & similia in curia facta 3.39
- Vacare in curia dicitur beneficium, si duob. in Roma-  
na curia super beneficio, si  
bi collato litigantib. uterque, vel utroque moriente  
alter, qui est possessor, in  
curia decedat 3.19. Idem si  
alter tantum sive possessor,  
sive peritor in curia dece-  
serint, cū ad illum super-  
stite causa prosequente de-  
claratum fuerit pertinuisse  
beneficium n.20. Imo idem  
erit si eorum alter in cu-  
ria, alter extra neutro pos-  
sidente decessit 21. Aut etiam  
utroq. possidente si-  
milter decesserit 22
- Vacare in curia dicitur be-  
neficium, si privatio seu  
depositio in curia fiat 3.36
- Item per resignationem i-  
bidem factam 37
- Vacare in curia dicuntur be-  
neficia ad Romanam cu-  
riam accedentium, ab ea-  
ve recedentium, si in ea,  
vel prope eam ad duas dia-  
tas decedunt 3.18
- Vacare in curia, & apud se-  
dem paria, imo idem sunt  
3.16.
- Vacare in curia, & esse re-  
servatum beneficium idem  
non sunt; sed hoc habet se-  
ut genus ad illud 3.17
- Vacatio beneficii per contra-  
clum matrimonii, per as-  
secutionem alterius, aut  
resignationem quomodo  
probetur, remissive 6.37
- Vicinus, & consanguineus  
prasumitur scire facta vi-  
cini, & cōsanguinei 6.27.
- Multo vero magis id ve-  
rumerit in praesente 28
- Vnio beneficiorum debet fieri  
ab habente auctoritatem,  
servata solemnitate, & ex  
iusta causa 4.5
- Vnio non semper ita sit, ut  
quod unitur, alteri acce-  
dat. 4.14.

Finis Indicis rerum singularium ad  
Tractatum de Optione.

D  
T

IN  
LIS  
perso  
noi

A L  
S.

TRACTATVS  
DE DECIMIS  
TAM SPIRITUALI-  
BUS, QUAM PAPA-  
LIBUS.

IN QVO TAM DE IL-  
LIS DECIMIS, QVAE ECCLESIASTICIS  
personis ut plurimum debentur, quam iis, quæ  
nonnunquam per Summum Pontificem im-  
ponuntur, non tam fuse, quam dilu-  
cide, atque ordinatim  
agitur.

AVCTORE  
ALEXANDRO MONETA,  
S. Theologiæ & J. U. D. ac Mediolanensis  
Ecclesiæ Canonico Ordinario.



IMPRIMEBATVR  
— M DC XXIX.


ES

A  
M  
L

S



pinio  
utilic  
lation  
li; illa  
ti cor  
jussu  
cuita  
la, ub  
Pr  
trodu  
Se  
T  
Q  
Q  
Gansj





ALEXANDRI  
MONETAÆ, S. THEO-  
LOGIÆ ET J. U. D. AC ME-  
diolanensis Ecclesiæ Cano-  
nici ordinarii,

TRACTATUS  
DE DECIMIS.

**B**reviter tractaturus quantum & tem-  
poris angustiæ, & rei magnitudo pa-  
tiuntur, amplissimam materiam De-  
cimarum, omissis iis, quæ plus subti-  
litatis, & eruditionis habent, quam  
necessitatis aut utilitatis; nec non re-  
lictis ut plurimū variis Doctorum o-  
pinionibus, communiori & veriori sententiæ adhærens  
utiliores quæstiones resolutive decidam. Et licet ob-  
lationū & primitiarum materia valde affinis sit decima  
li; illam tamen consulto omittam, quoniam & brevita-  
ti consulo, & de decimis dumtaxat aliquid scribere  
jussus sum. Hunc ergo tractatum rei decimalis perspi-  
cuitatis causa in octo seu novē capita, eorumq; singu-  
la, ubi opus fuerit, in aliquot quæstiones distinguemus.

Primo enim videbimus, quo iure inventa sint, & in-  
troducedæ decima.

Secundo, quid sit decima.

Tertio, quotuplex sit.

Quarto, quibus de rebus solvantur decima.

Quinto, à quibus solvi debeant decima; ubi etiam de  
causis, quibus excusantur aliqui à solutione.

Sexto dicemus de circumstantiis loci, temporis,  
modi solutionis decimarum. 18  
Sestimo, quibus personis. Ecclesias solvendas sint. 19  
Octavo, de modo procedendi circa exactionem de-  
marum. 20  
Nono, & postremo appendicis nomine agam hi-  
viter de decimis Papalibus. 21

## SUMMÆ RERUM.

- 1 Decima originem habuerunt ante legem scriptam quando solum vigebat lex naturalis.
- 2 Vota gentilium circa decimas, & eorum decimam in-  
missive.
- 3 Decimas non solvens tempore legis naturae non peccat  
bat contra legem naturalem: idem in eo, quin  
solvit tempore legis Evangelica num. 4.
- 5 Decima à Deo instituta fuerunt, & olim saltus sub  
veteri lege praecepta; & non modo prediales, sed etiam  
personales num. 6.
- 7 Præceptum decimarum an sit morale, & num. 13.
- 8 Moralia præcepta obligant etiam tempore novelli-  
gis.
- 9 Decima jure divino nunc quoq; debentur secundum  
communiorem sententiam canonistarum. Et ut  
detur in jure probari. nu. 10. Contrarium Thu-  
logi omnes num. 11. & aliqui Iurista num. 12.
- 14 Præcepta judicialia veteris legis nunc vim legum  
obtinent.
- 15 Subditi tenentur jure naturali & divino, congru-  
sustentare pastorem animarum suarum indige-  
tem.
- 16 Præceptum decimarum quoad substantiam, hoc est  
quoad congruam sustentationem ministrorum  
est de jure divino; quoad modum vero est de jure  
humano.
- 17 Præceptum decimarum inter ecclesia præcepta com-  
putatur.

18 Dui-

- 18 Decimæ præceptæ sunt jure Pontificio.  
 19 Causæ, ob quas decimæ introductæ sunt, remissive.  
 20 Deus Q. M. reservavit sibi decimas in signum universalis dominii.  
 21 Decimæ introductæ quoq; sunt ad congruam sustentationem ministrorum Dei, & ecclesia.

## C A P. I.

Quo jure inventæ, & introductæ  
sunt Decimæ.

Q U A R O P R I M O, An decimæ jure naturæ inven-  
ta & sint?

Respondeo, eas originem habuisse † ante legem scriptam, quando solum vigebat lex naturalis; unde legimus Genes. 14. quod Abraham de omnibus, quæ à quinque regibus eripuerat, decimas dedit sacerdoti Melchisedech; de quo loquens D. Paulus ad Heb. 7. ait; Intuemini, quantus fuerit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha; & Gen. 28. Vovit votū Iacob dicens, Si fuerit dominus mecum, & custodierit me in via, &c. & paulo post, cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Alia ad hoc assert Covar. lib. I. var. resol. c. 17. n. 2. Navar. in man. c. 21. n. 28. & alii quos refert Petr. Cened. in collect. ad jus can. part. I. collect. ul. De votis vero † circa decimas, nec rō de decimis ipsis gentilium & ethnicorum, videre potes apud Rebus in suo tract. de decimis, q. I. num. 2. 3. & 5. Varr. I. 5. de ling. lat. Plin. Plutarch. & alios, quos refert Covar. d. c. 17. n. 2. Anastas. Germon. in suo Mod. tract. de sacror. immun. lib. I. cap. 14. nu. 2. usq; ad 15. & l. 3. cap. 19. num. 4. & Petr. Greg. Tholos. prel. opt. jurisc. probiq; magist. l. 2. cap. 25. Puto tamen † homines sub lege naturæ non fuisse ligatos ad solutionem decimarum sub peccato, sed solvebantur vel ex consilio, vel ex voto, ut concludit Rebus d. quest. I. Tyndar. Doctor antiquissimus in simili

tract. de decimis, numer. 9. & Abulens. super Matth. 23.  
Unde consequenter dicendum, eum, qui nunc omittit  
decimas solvere ministris ecclesiæ, præsertim non in-  
digentibus, non peccare † contrajus naturale, sed so-  
lum contrajus positivum Pontificium, ut mox dice-  
mus.

Quæro Secundo, An decima instituta sint  
& præcepta de jure divino?

Respondeo, † communem resolutionem esse, quod  
à Deo institutæ fuerint, & olim saltæ sub veteri lege  
præcepit. Deus enim O. M. Exod. 22. præcepit, eis sol-  
vi; Decimas, inquit, & primitias tuas non tardabis of-  
ferre, & Lev. ult. omnes decima terra tua de pomis arbo-  
rum, sive de frugibus Domini sunt, & illi satisficantur,  
& Num. 18. cum sacerdotibus, qui & ipsi erant ex tribu  
Levi, dedit Deus omnia primitiarum jura, Levitis  
concessit decimas omnium fructuum, & pecorū, sum-  
mo vero Sacerdoti decimam decimæ Levitarum; &  
hoc quoad decimas prædiales seu reales. De persona-  
libus vero † habetur 2. Esdr. 10. ibi, Levites decimas  
habent in omnibus urbibus, in quibus opus nostrum ex-  
eretur; & Deuter. 12. Offeretis decimas, & primitias  
manuum vestrarum. Dubium autem maximum est,  
an hoc præceptum nunc obliget. Et quidem quod ob-  
liget, illa ratio potest afferri, quia † morale præceptum  
videtur, ut probat Tyndar. d. tract. de decim. numer. 25.  
& Andr. Hisp. in reg. decim. vers. 4. fui interrogatus,  
num. 1. moralia autem præcepta † obligant etiam tem-  
pore novæ legis, ut docent Theologi omnes, & tradit  
Gratian. & ibi gloss. in c. fi. §. his ita, & dist. Sed quod de-  
cimæ à Deo institutæ sint, & ex jure divino † nunc  
quoq; debeantur, voluit gloss. 2. in c. à nobis, & gl. pen.  
in cap. nuper de decim. tradunt Doct. in rubr. & c. paro-  
chianos, c. in aliquibus & c. tua, il. 1. eod. tenentque  
expressæ Tyndar. & Rebuf. loc. cit. Andr. Hisp. in sua  
reg. decimiarum, versic. decima est jure naturali, num. 1.  
§. 6. & 15. Rot. Rom. decis. 1. num. 1. de decim. in antiqu. &  
decis. 14. nu. 2. de jud. in no. & alii passim. Est enim hæc  
opinio

opinio fere communis canonistarum. Imo idem † de- 10  
cīsum videtur à summis Pontificibus, in c. tua, il. 1. &  
2. c. parochianos, & c. in aliquibus, de decim. & Concil.  
infra citandis, cum alius concord. que ubique allegantur  
à gloss. & canonist. Contrarium tamen, quod de jure  
divino nunc non debeantur, † voluerunt Abul. Matt. 11  
18. q. 90. & Ugo de S. Viæt. l. 1. de sacr. par. II. c. 4. & II. ce-  
teriq; Theologi, quos late, sed leviter refellunt Tyn-  
dar. Germon. & Rebus. locis citatus. Sed opinionem A-  
bul. & Vg. quod decimæ à Deo institutæ quidem sint,  
non tamen ex nunc præcepto divino debeantur, præ-  
ter D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. & ibi Cajet. Sot. lib. 9. de  
just. & jur. q. 4. art. 1. & alios omnes Theologos, testo  
Alph. Castr. de heres. verb. *Decima*, quib. hac in re, ma-  
gis quam canonistis credendum est, cum de jure divi-  
no interpretando agatur, quod proprium eorum mu-  
nus est, tenent † inter Juristas Covar. maximæ auctoritatis vir, d. cap. 17. numer. 2. & 3. Thom. Zerol. in sua  
praxi Episc. verbo, *decima*, in princip. Navar. in man-  
conf. c. 21. n. 28. & 31. & tract. de redd. eccl. q. 1. monit.  
59. num. 1. & conf. 2. num. 3. tit. de decimis, vol. 1. Fern.  
Vasq. controv. illustr. lib. 2. c. 89. num. 1. in si. & Turre-  
crem. in cap. revertimini, n. 5. & 6. 16. q. 1. & Summistæ  
fere omnes, qui vel canonistæ sunt, vel canonū haud-  
quaquam ignari verbo, *decima*, ubi etiam late & opti-  
me probant horum Doct. quamplures, illud † præce- 13  
ptum decimarū non morale esse, sed potius judiciale.  
Judicia autem † nunc vim legis non obtinent, ut 14  
tradit S. Thom. 1. 2. q. 104. art. 3. Alens. 2. p. sum. q. 3. n. 1.  
Bonav. 4. senten. distinct. 3. art. 3. q. 2. Scotus q. ultima,  
& aliupassim, & inter Iuris consultos late tradit Tiraq.  
de retr. lign. in pref. num. 8. & in specie, quod decima-  
rum præceptum tanquam judiciale abrogatum sic,  
tradit post alios Henriq. l. 7. sum. theol. mor. c. 17. nu. 1.  
Omnia vero in contrarium allegata, solum probant,  
decimas institutas fuisse à Deo, & præceptas in lege ve-  
teri, ut fuse tradit Vasq. & Covar. loc. cit. Quibus &  
ego libenter adhæreo propter illorum optimas ratio-  
nes.

nes; maxime quia contra divinum præceptum nulla datur consuetudo, aut dispensatio, quæ tamen in solutione decimarum admittitur, ut *infra suis locis dicimus*.

15 Illud sane non inficior, jure naturali & divino teneri subditos ad sustentandum pastorem animatum suarum indigentem, ut *post D. Thom. Sot. & alios optime probat Covar. d. num. 2 & 3. Vasq. Turrecr. & Navar. locis citatis*. Quoad substantiam ergo, hoc est, quoad congruam sustentationem ministrorum, dici

16 possunt † decimæ de jure naturali, & divino; quoad modum vero; quod nimurum hæc sustentatio fiat per viam decimarum, id est de jure humano, ut late, & optime explicant prædicti Doct. & in hoc consistit hæc opinio, quæ etiam vel ex eo probabilis redditur, quod

17 præceptum decimarum † inter ecclesiæ præcepta numeratur.

QUÆR O TERTIO, *An decima præcepta sint iure Pontificio?*

18 Respondeo, † omnibus notum esse, quod sic; de hoc enim sunt infiniti propterea. in cap. decimæ, 16. q. 1. omnes decimæ, 16. q. 7. & omnes cap. tam Decret. quam 6. & clem. sub hoc tit. de decim. ubi omnes hoc clamant, & in Conc. Magunt. c. 38. sic dicitur, *admonemus, atque præcipimus, ut decimas dari de omnibus non negligatur, quia Deus ipse sibi dari consuluit, & Conc. Trident. sess. 25. c. 12. de refor. docet, decimas debitas esse Deo, & qui eas dari noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadere, earumque solutionem præcipit sub pena excommunicationis.*

QUÆR O QUARTO, *Quam ob causam introducuntur sint decimæ?*

19 Respondeo, multas † esse causas, ob quas introducuntur, quas recenseret inter alios *Rebuf. d. tract. q. 1. n. 1. & seqq. Tynd. d. tract. num. 14. cum seqq. sed illæ duæ præcipue sunt; Altera, quod Deus O. M. † eas sibi reservavit in signum universalis dominii, c. cum non sit, & c. tua, il. 2. de decim. & colligitur ex Concil. Magunt. & Trid. locis alleg. hanc causam referr. Rebuf. d. q. 1. n. 1. Tyndar.*

Tyndar. d. tract. num. 17. & 43. & Andr. Hisp. d. vers. decima est jure naturali, num. 8. & hoc firmant canonistæ omnes, in c. 1. de decim. in 6. ubi Franc. hanc communem opinionem dicit; & amplectitur etiam Boer. decis. 136. & Capit. decis. 20. nu. 5. Viv. opin. 153. verbo, consuetudo non solvendi, Benincas. tract. de paupertate, q. 7. in 6. speciali, n. 2. Altera causa est + sustentatio ministrorum Dei, & ecclesiæ, c. si ergo, 12. q. 1. e. novum, de decimus, quod idem annotarunt Tyndar. Rebus Hisp. locis citatis, Covar. d. c. 17. nu. 2. Sarment. de reddit. ecclesia, cap. 4. nu. 8. D. Thom. q. 87. art. 1. Sotus d. l. 9. q. 4. art. 1. & alii quotquot de decimis scripserunt.

## SUMMÆ RERUM.

- 1 *Definitio decima; qua explicatur. num. seqq.*
- 2 *Decima solvitur de omnibus bonus, licite quesitis. numero 3.*
- 3 *Decima est quota pars, hoc est, unum ex decem; & si quando solvitur duodecima, quintadecima, vel alia quota, ea habetur pro decima. num. 5. & cur hac potius quota, quam alia electa sit à Deo. numero 6.*
- 4 *Denarius numerus est primus terminus numerorum, & perfectionem significat.*
- 5 *Deus reservavit decimam partem tamquam Leviticum sufficientem, populo autem non molestam.*
- 6 *Primitia, & oblationes in quo differant à decimis; & quid sint. num. 10.*

## C A P. II.

Quid sit Decima.

QUÆRO PRIMO, *De definitione decima.*

Respondeatur, quod omisis aliis descriptionibus, sic potest + definiri, omnium bonorum licite quesitorum quota pars Deo ejusque ministris, divina institutione.

ratione, humana vero cōstitutione dictante, etiam natura  
 ratione debita. Hæc definitio colligitur quod ad sup  
 tes ex infra scriptis jur. & allegatis Doct. maxime ve  
 ex Covar. d. nu. 2. & Rebuf. d. tract. q. 4. Hostiens. in sun  
 tit. de decim. §. quid sit decima, & Card. cons. 2. 6. pro  
 dentialia, Turrecr. in c. revertimini, n. 7. 16. q. 1. Sot. lib.  
 de iust. & jur. q. 4. art. 6. & aliis. Primo dicitur in de  
 finitione, omnium & bonorum, ut probatur in c. non epi  
 potestate, de decim. ibi, de omnibus bonis decima sunt mi  
 nistris ecclesia tribuenda; & patet ex infra dicendu  
 3. 4. q. 1. Secundo dicitur, licite & quæsitorum, habent  
 enim in c. ex transmissa, hoc tit. nostro, fidelis homod  
 omnibus, quæ acquirere potest, decimas erogare te  
 tur, illa enim quæ inuste quis acquirit, tenetur resti  
 tuere, alias peccatum non remittitur, c. peccatum, n.  
 Doct. de reg. juris in 6. cum similib. & Deus de nostre  
 substantia honorandus est, Prov. 3. & species quædam  
 furti est de alieno largiri, l. si pignore, ff. de furto, & quod  
 decima de illicite acquisitiis solvi non possit, nesci  
 beat, late probat Tyndar. d. tract. nu. 45. & seqq. Rebuf  
 eodem tract. q. 5. nu. 18. & 19. Hisp. in reg. decim. vers.  
 querebatur, num. 2. 3. & 4. & versic. decimo, fui inter  
 rogatus, num. 3. 4. & 5. & nos infra d. c. 4. q. 2. Tertius  
 4 subditur in definitione, quota pars, hoc est, decima  
 c. 1. & c. cum homines, & per totū hoc tit. licet enim ali  
 quando solvatur duodecima, quindecima, vigesima  
 5 vel alia & quota, semper ramen habetur pro decima, &  
 habetur in c. in aliquib. §. fin. cum suis concord. eodem in  
 tulo, & late probat Rebuf. d. tract. q. 13. nu. 46. & seqq.  
 Tyndar. eodem tract. nu. 31. 32. & 34. quicquid dicet  
 voluerit contrajura expressa Hispan. d. reg. decimaru  
 versic. decima est jure naturali, nu. 13. & 15. de quo el  
 iam nos infra c. 5. q. 4. Quarto dicitur, Deo, ejusq; mi  
 nistris debita. Hæc pars colligitur ex dictis in superiori  
 cap. q. 4. ubi causas attulimus, cui introductæ sunt de  
 cimæ. Reliqua pars definitionis patet ex eodem sup  
 priori cap. q. 1. 2. & 3. maxime vero ex Covar. d. c. 17.  
 2. & 3. & Vasq. d. c. 89. n. 1. & seqq.

QUARO

Quæro SECUNDO, Cur magne electa fuerit decima pars quam vigesima vel alia quota?

Respondeo, quod quamvis Innoc. in rubr. de decimi. dicat, nullam posse assignari rationem, cum Dei incomprehensibilitate sint iudicia: Host. tamen in c. à nobis, de decim. & S. Thom. d. q. 87. art. 1. quem sequuntur Tyndar d. tract. num 29. & Rebus. eodem tractat. q. 2. nu. 8. dicunt † quod ideo Deus elegit numerum denarium, 6 quia erat † primus terminus numerorum, cum ultra 7 eum non procedatur, nisi iteretur, & sic aliquid perfectionis habet, ut etiam late inter ceteros ostendit Tiraq. de prescript. §. 1. gl. 4. in princip. & Petr. Bung. de myster. numer. tit. de numero denario, unde qui dat decimam retentis novem partib. significat imperfectionem ad se pertinere, perfectionem vero à Deo expectādam, & Deus istam † partem, tanquam Levitis sufficientem, & populo non molestam retinere voluit, ut scribit Abul super Matth. 23. q. 56.

Valet tamen consuetudo, ut loco decimæ vigesima, vel quindecima, vel alia quota portio solvatur, ut jam præmonimus, & latius trademus *infra* c. 5. q. 4. concl. 1.

Quæro TERTIO, Quid differant decima à primis, & oblationibus?

Respondeo, communem illam distinctionē esse, quod decimæ † sunt quota pars frugum, & aliorum licite acquisitorum debita ex præcepto ecclesiæ ministris, ut supra declaratum est; at vero primis † sunt solum primæ, quæ nascuntur fruges, seu prima frugum pars; oblationes autem, quicquid Deo, ve ecclesiæ, ejusve ministris voluntarie exhibetur, regulariter loquendo. Hac distinctione aperte colligitur ex Doct. fere omnib. sup. allegat. maxime vero ex Soto, d. l. 9. de just. & jur. q. 3. art. 1. & q. 4. art. 1. D. Thom. & Cajet. 22. q. 86. & seqq. art. 1. Rebus d. tract. q. 1. nu. 17. & seqq. Tyndar. eodem tract. numer. 84. & tribus seqq. Hispan. d. tract. reg. decim. q. 7. & 8. Petr. Greg. Tholos. partit. jur. can. l. 1. tit. 23. & duabus seqq. Doct. in rubr. de decim. Marian. Soc. in tract. oblat.

oblat. libel. 1. & quinque seqq. Froyl. Maluit simil. trah.  
fere per totum.

## SUMMÆ RERUM.

- 1 Genera decimarum quot, & qua sint.
- 2 Quarta Episcopalis, vel potius decima Papalis sub-  
gata est loco decima, quam olim solvebant Levi-  
ta & sacerdotibus.
- 3 Oblationes, qua sunt ad sacrificium quarumdam  
cimarum veteris legis loco, subrogata sunt.
- 4 Species decimarum quam plures, remissive.
- 5 Decimorum communis est divisio, ut alia sunt prædi-  
les, seu reales, alia personales.
- 6 Prædiales, seu reales decima qua sunt.
- 7 Personales decima qua sunt.
- 8 Venationum, & auncipiorum decima an sunt reales  
personales, vel mixta, & quid de foetibus anima-  
lium. num. seq.
- 9 Mixtarum decimorum species an detur.
- 10 Personales decimæ etiam nunc debentur. Idem, &  
multo magis de realibus, & mixtis. n. u. 11.

## C A P. III.

## Quotuplex sit Decima.

Q UÆR O P R I M O , Quot sunt genera decim-  
rum?

Respondeo, quod, ut habetur in c. 1. de decim. olim  
1 fuerunt in veteri lege + quatuor genera decimorum  
Primum earum, quæ solvebantur à populo Leviticis  
de quibus Exod. 22. & 2. Esdr. 10. Et hæc erat decima  
frugum pars, quam etiam debet solvere populus Chri-  
stianus, ut infra dicam cap. sequenti. Secundum erat ea-  
rum, quas Levitæ ex decimis sibi solutis dabant sacer-  
dotibus, de quibus num. 18. Et loco harum subrogan-  
2 est + quarta, quæ datur Episcopo à presbyteris paro-  
chialibus.

chialibus, ut resolvit Tyndar. d tract. nu. 1. & Abb. d. c. 1. de qua habetur, & traditur per Doct. in c. requisisti, vel potius illa decima, quæ aliquando imponitur per summum Pontificem, super beneficiis, ut docet D. Tho. d. q. 87. art. 4 ad 3. Rebuf. d. tract. q. 3. nu. 3. & Covar. d. cap. 17. nu. 3. de quo genere nos hic non agimus in nostro tractatu, de eo autem habetur in clem. fi. de decim. & in exir. av. unic. eod. tit. in communi, & utrobique per Doct. de eo autem separatim agemus in postremo cap. quod appendicis loco erit ad hunc, quem instituimus, tractatum. Tertium genus erat decimarum, quas in horreis recondebat & separabat quisque de populo, ut comederet eas, cum iret in templum Hierusalē, accersitis in vestibulo templi sacerdotibus, & Levitis ad cōvivium Deut. 12. & 14. de quo etiam in tan. his ita, 13. q. 1. harum autem loco & subrogatæ sunt illæ oblationes, quæ fiunt ad sacrificium. Quartum genus erat eārum decimarum, quæ pauperibus erogabantur, ut haberetur Deuter. 16. & hæc hodie quoque, licet impropriæ, remanent; debemus enim quod superest dare in elemosynam pauperibus, Luc. 11.

Quæro Secundo, Quot sint species decimarum?

Respondeo, quod sumēdo primum genus decimarum ex quatuor supradictis, quoniam illi propriæ nomen decimarum convenit; omissis etiam aliis & speciebus decimarum, quæ aut in usu non sunt, aut ex personis, quibus solvuntur, aliisque qualitatibus sumtæ constituuntur, de quibus late per Rebuf. d. tract. de decim. q. 3. nu. 14. & multis seqq. & Hostien. in sum. tit. de decim. 5. quot sint ejus species; potissima, & communis decimarum divisio illa & est, nimirum, in personales, 5 ac reales, seu prædiales; quam amplectitur Tynd. d. tract. num. 4 Rebuf. d. q. 3. num. 28. ubi etiam dicit esse communem partitionem; hæc etiam colligitur ex Hispan. d. reg. decim. in princ. ex 3. Thom. 2. 2. q. 87. art. 2. Sot. d. lib. 9. de just. & jur. q. 3. art. 2. Covar. d. c. 17. num. 2. & ex omnibus qui de decimali materia scripserunt.

- 6 Prædiales, seu reales decimæ † sunt, quæ de fructibus perceptis ex re, vel prædio solvi debent, c. i. c. ad apostolica, & c. pervenit, de decim. tradit Rebus. d. q. 3. n. 32. Hostien. d. §. quot sint ejus species, Tynd. d. num. 4. alii passim, tales sunt decimæ frumenti, vini. Personales † sunt, quæ ex acquisitis ex industria, artificio contemplatione personæ solvi debent, tex. d. c. ad apostolica. & ibi gloss. & in c. decim. 16. q. 1. huiusmodi pecuniæ ex negotiatione, vel ex bello acquisitæ has † etiam reducuntur venationes, pescationes, & cupia, ut voluit Innoc. in c. non est in potestate, de decim. cui consentire videtur Tynd. ubi sup. num. 5. & Rebus. d. tradit. q. 8. nu. 15. quamquam & reales appellare possemus, seu etiam prædiales, quoniam in terra & aqua vivunt, ac giguantur, l. cum quidam. ff. de fund. confirm. ad quod facit c. commissum de decim. nisi velimus constitueremus tertiam † quandam speciem decimorum mixtarum, prout non sine ratione constituit Host. in sum. tit. de decim. versic. quot sint ejus species. Rebus. d. q. 3. num. 33. in qua specie iidemmet collocant fœtus animalium, per rationes & jura, de quibus per eos, quo & facit Navar. conf. 1. numer. 8. de decim. volum. 1. & Man. c. 2. 1. n. 29. ubi etiam admittit d. speciem mixtarum decimorum.
- 10 Hæ vero decimæ personales † etiam nunc debentur, Innoc. in cap. fin. de paroch. gloss. c. fin. de pœn. distin. 6. Butr. & Abb. in cap. in aliquibus, de decim. Rebus. d. 3. nu. 30. e'g' est tex. satis clarus, in c. decima, 16. q. 1. gloss. & Doct. optimus etiam tex. in cap. pastoralis, n. 11 omnes de decim. Quoad reales † vero & mixtas, clarissimi juris est, patet quem ex tot. tit. de decim. cum c. sup. dictis, & inf. dicendis.

## SUMMÆ RERUM.

- 1 Decima solvenda est de omnibus terra fructibus, alius proventibus.
- 2 Decima solvitur de omni frumento & grano. Idem in p. 30  
31  
32

AT.  
de fructi-  
c. i. c. a. a.  
f. d. q. 3. m.  
num. 4. 0  
Person.  
rtificior.  
d. c. ad ap  
simodis  
quisita;  
ones, & n  
e, de dea  
& Rebu  
cellare po  
nd confi  
limus co  
arum mix  
ost. in sum  
ebus. d. q. 3  
t fœtus an  
eos; qui  
lum. 1. &  
iem mixt  
unc debet  
cen. disiud  
Rebus. d.  
, 16. q. 1.  
xtas, clanc  
cim. cum  
Fructibus.  
grano. Iden  
in p.

DE DECIMIS. CAP. IV. 163

in palea. num. 3. Idem in fabis, & aliis leguminibus. num. 4. Idem in nucibus, castanis, & aliis fructibus arborum. num. 5.

- 6 Decima solvitur de fœno, quod in fasciculos redigatur, & num. 11.
- 7 Decima solvitur ex lino, & canape. Idem in croco. numero 8.
- 9 Decima solvitur de vino. Idem de oleo & melle. numero 10.
- 11 Hortorum decima quomodo solvatur.
- 12 Ager, qui sapius in anno fructus profert, toties decimabitur.
- 13 Lignorum decima solvitur Parochia, ubi creverunt.
- 14 Pasuorum, hoc est, pasture jumentorum decima solvitur, si locentur, seu vendantur; estq; prædialis decima.
- 15 Decima solvitur de lacte, lana, fætu, & aliis fructibus animalium.
- 16 Animalium decima cui ecclesia solvatur; & quid de lacte, lana, & fætibus. n. 17.
- 18 Decima solvitur de apibus, earumq; fructu cara, & melle.
- 19 Decima solvitur de venatione. Idem de punctione, & piscariis. num. 20. Idem in aucupio. num. 21.
- 22 Decima solvitur de domibus, seu earum pensione; & quid si construatur domus in agro. n. 23.
- 24 Decima solvitur de omni artificio; atq; adeo de negoziorum. n. 25.
- 26 Milites solvere debent decimam de captis in justo bello: imo etiam de stipendiis. n. 27.
- 28 Advocati, & Doctores, qui militares dicuntur, tenentur de suo lucro decimam solvere. Idem in procuratore, seu causulico, & notario. n. 29.
- 30 Decima solvitur de lucro adventitio, & profectitio.
- 31 Mercenarius de mercede sua solvit decimam.
- 32 Decima solvitur de furnis; hoc est, de commodo illorum.

## 164 ALEX. MONET. TRACTAT.

33 Decima solvitur de lapicidinis, & quomodo. Idem  
auri, aliorumve metallorum fodini. nu. 34. 5633 Molendinorum quorumcunque decima solvitur,  
quomodo.

36 Decima solvitur de omni lucro.

37 Decima non solvitur de legato, vel hereditate; neque  
de quibuscunque immobilibus acquisitis, seu  
tius eorum acquisitione. nu. 38. 59

39 Illicite acquisitorum decima prædialis solvenda.

40 Decima sequitur quælibet possessorem, sive justum,  
sive injustum.

41 Decima solvitur ex terra seminata furtivo semini.

42 Personalis decima de illicite acquisitis solvitur,  
dominium transfertur, nec competit solventis  
petitio: secus si vel dominium non transfervit  
vel, si transfertur, datur repetitio. nu. 45. 6243 Meretrix, & histrio solvunt decimam personalem  
ecclesiæ tamen ab his non recipit, nisi paenitentiam  
egerint. nu. 44. & 49. 6346 Decima solvi non debet de captiis in bello injusto, cum  
ea obnoxia sint restituti.47 Usurarum, ac rerum per usuram acquisitarum  
decima personalis non solvitur. 6748 Dominium usurarum, & rerum per usuram acqui-  
sitarum transfertur in usurarium; quamvis  
tum repetitio.49 Meretrix quamvis turpiter accipiat, non tene-  
tamen ad restitutioem eorum, quæ acquisi-  
tum ex meretricio.

50 Novale quid sit, &amp; quomodo definiatur.

51 Decima solvitur etiam ab habente privilegium  
valium de agro nuper ad culturam redacto,  
quo aliquid non modicum antea percipiebatur.52 Novalium decima solvenda sunt, ubi de eis qui non  
habeant privilegium.53 Novalium decima debentur parochia, in cuius fini-  
bus surgunt. Quid si novalia apparent intra  
duas parochias, & nescitur in cuius finibus. nu. 72  
54. 3

54. & quid si limites apparent, numero 55.

56 Religiosi omnes sunt exempti à solutione decimarum de novalibus, qua propriis manibus seu sumtibus excolunt. Idem est in Templariis, & Hospitalariis. num. 57. secus si ab hu exemptu ea novalia tradantur alii excolenda. num. 58.

59 Exemti à solutione decimarum de novalibus, tenebuntur solvere, si ad id se pacto adstrinxerint, aut solvendo tacite renunciaverint privilegio. num. 60. Idem si ecclesia olim ex iis haberet emolumentum, aut inde postea enormiter laderetur. numero 61.

62 Privilegium exemptionis novalium quomodo perpetuum dicatur.

63 Exemti à solutione novalium solvunt decimas de novalibus conductis. Item de possessionibus acquisitis post Conc. generale. num. 64.

65 Privilegium concessum clericis percipiendi decimas aliena parochia comprehendit etiam novalia. Secus si concessum fuerit laicus, licet decima in fenum fuerint data. num. 66.

67 Privilegium non solvendi decimas ad novalia non extenditur: Secus ubi privilegium solum concessum fuit de non solvendis decimis de laboribus propriis. num. 68.

69 Privilegium non solvendi decimas novalium, inteligitur de iis novalibus, in quibus alter non habet tempore data immunitatis quasi possessionem juris percipiendi decimas; seu qua e tempore iam proscissa fuerant.

70 Privilegium percipiendi decimas novalium aliquibus concessum pro ea parte, qua veteres possidebant, non extenditur ad aliam, quam illam partem: probarent autem se posseditse aliquam partem tempore privilegii, si eam ante privilegium per tempus immemorabile, & nunc se probarent possidere. num. 71.

72 Privilegium percipiendi decimas novalium pro-

- te, qua veteres possidebant, non extenditur, tria dimidiam partem: limita tamen secundum monachis Cisterciensibus, & Carthusiensi-  
num. 73.
- 74 Privilegia decimarum maxime novalium ubi-  
cipiunt nimis gravare Rectores, quomodo mo-  
randa sint per locorum Ordinarios.
- 75 Religiosi etiam exempti decimas antiquas haber-  
ex donatione laicorum, aut eorum partem in-  
liquibus ecclesiis, non possunt pro eadem portu-  
vel simili sine alia causa novales supervenient  
exigere.
- 76 Remittens debitas sibi decimas, novales quoque  
mississe videtur; dummodo remissio fiat legitim-  
& secundum canonicas sanctiones, ac justa-  
causa. num. 77. & 78.
- 79 Prescribens decimas in uno loco, si fiant ibi novali-  
non habebit decimas novalium. Idem in perip-  
ente decimas ex consuetudine. nu. 83.
- 80 Prescriptio non est sine possessione.
- 81 Prescriptio odiosa est, & restringenda.
- 82 Beneficium benignum est interpretandum.
- 84 Prescribens decimas in una parte fundi, percepit  
quoq; novalia in alia parte eiusdem fundi.
- 85 Possidens novalia per tempus immemoriale, illa pre-  
scribit; imo etiam si per 40. annos possideat ut  
titulo colorato, & num. seqq.
- 86 Novales decima eodem tempore prescribuntur, quod  
veteres.
- 88 Possessio an in novalibus admittatur.
- 89 Prescribens decimas in uno territorio, habebit quod  
novalia improprie sumta.

## C A P. IV.

De quibusnam rebus solvatur Decima.

Q U A E R O PRIMO, De quibus frugibus ac fructu-  
bus seu proventibus debeat solvi decima?

PRIMO

PRIMA CONCLUSIO. De omnibus terræ fructibus, & proventibus † solvenda est: tex. in c. non est. & i. c. nuncios. c. ex parte il. 2. & alii quamplurimi jur. eodē tit. de decimis, plene tradit. Henric. Boich. c. per venit. il. 3. eodem tit. Marc. Mantua. consil. 1. numer. 31. & Andr. Hispan. in sepius alleg. reg. decima. versic. decimo fui interrogatus; ubi recenset omnes fere fruges, ac fructus, ex quibus solvuntur decimæ.

Ex quo inferitur primo, ex omni frumento & grano † solvi decimam, tex. cap. non est de decim. not. Re- 2 buf. d. tract. q. 8. num. 3. Hispan. d. vers. num. 1. Idem † in 3 palea, Rebuf. & Hispan. ibidem Abb. c. per venit, de de- 4 cim. Ratio est, quia palea est in fructu, l. adeo, § cum quis, ff de acquir. rer. dom. Secundo ex fiba, † & aliis 4 leguminibus, tex. c. tertio, de decim. Rebuf. d. q. 5. num. 4.

Hispan. ubi supra. Tertio † ex nucibus, amigdalis, ca- 5 staneis, & aliis fructibus arborum, tex. in c. decima 15. q. 1. d. c. non est. & c. cum homines, de decim. not. Bertrand. cons. 247. volum. 3. Hispan. loco cit. Rebuf. d. q. 5. nu. 5.

Quarto ex fœno quod in fasciculos † alligatum redi- 6 gitur, tex. c. per venit, eodem tit. not. Rebuf. d. q. 8. num. 9.

Hispan. d. num. 1. quod si herba crescat, solum pro pa- 7 scuis jumentorum, tunc puto id faciendum, quod mox dicam de herbis hortorum, quæ crescunt ad vescendū.

Quinto ex † lino, & canape, Hispan. ibid. Rebuf. d. q. 8. 7 num. 8. idem est † de croco, ut post Aufrer. q. 109. An-

char. in c. ad Apostolica, in 1. not. de decim. & Bocer. tra- 8 dit Rebuf. d. q. 8. n. 8. & 3. & q. 13. n. 41. Sexto † de vi- 9 no, tex. est in c. non est, eodem tit. idem † de oleo, & mel-

10 le, in specie tenet Rebuf. d. q. 8. numer. 8. Hispan. loco cit.

Septimo † de hortis, ut est tex. d. c. non est & not. Rebuf. 11 d. q. 8. nu. 7. & 8. Hispan. d. num. 1. Sed distinguendum est, nam aut horti sunt olitorii, in quibus tantum her-

bae, ut caules, & alia olera crescunt vescendi gratia; & tunc ad usum Rectoris ex illa decima ita dari possit, ut hodie ex meo horto Cutatus sumat, quantum sibi opus est illo die, & sic per singulos parochianos discur- 12 tet, demum ad primum revertitur, ut post Io. An. d. c.

pervenit, docet Rebus d. num. 7. aut illi horti continet fabas, vel alia legumina, tunc si in parva quantitate colliguntur, ita ut solum sufficient ad quotidianum usum, idem dicendum, quod de caulis, ac de aliis oleibus; si autem in magna quantitate, ita ut aliis vendantur, tunc de iis integra decima solvetur, prout *pra in 2. illatione de leguminibus diximus*. Quod si sa-

12 plus idem ager in anno fructus proferat, + toties decimæ solvendæ sunt, prout deciditur in c. ex parte, il. 2.

13 decim. & not. Rebus d. num. 7. Octavo + de lignis, Cm. & alii d. c. pervenit, Rebus d. q. 8. num. 26. Hispan. d. num. 1. nimirum, ut ex decem fasciculis decimus solvatur Rectori illius parochiæ, ubi ligna creverunt.

14 Nono de pascuis, + hoc est, pastura jumentorum, quæ locatur vel venditur, c. commissum, ubi Abb. de decim. Rebus d. q. 8. num. 22. Hispan. d. num. 1. Card. clem. 1. 15. de decim. ubi dicit esse prædialem decimam. Decim.

15 mo de lacte, + lana, fœciu, & aliis fructibus animalium; sic interpretatur pascua, de quibus, in d. c. commissum, Jo. Andr. ibidem, quod de animalibus de beatur decima, *rex. est d. c. non est, de decim. & in clem. 1. ubi Card.*

16 q. 15 eodem. Solvitur autem hæc decima + illi ecclesiæ, in cuius parochia animalia pascunt & morantur, quod si in duabus pascant, vel in una jaceant & dormiant, in alia pascant, dividenda est, ut late & optime probat Rebus d. q. 8. nu. 11. & q. 6. num. 25. & 26. quod idem tenet S. Thom. d. q. 87. art. 3. & ibi Caj. Navar. consil. num. 9. de decimus, volum. 1. licet aliter distinguat Card.

17 d. clem. 1. num. 15. & 16. quem videre poteris. Decimæ lactis deberur ei ecclesiæ, ubi extrahitur, & caseorum illi, in qua fiunt, ut post Boer. tenet. Rebus d. q. 6. nu. 27. lanæ vero, & fœcius illi Curato, in cuius parochia nascentur. Alia de his, sicut & de animalibus, videbis apud Rebus d. q. 6. & 8. & Navar. d. consil. 1. post nu. 6.

18 Undecimo + de apibus, seu fructu earum, hoc est, cera & melle solvitur decima, c. nuncios, eod. tit. vel de pecunia, quam ex melle, & cera habuerunt vendentes, Dod. d. c. nuncios, Rebus d. q. 8. nu. 15. solvia autem debet, ubi apes

aves  
buf.  
in d.  
nu. 1  
lem  
& n  
tex.  
est, a  
ubi 1  
+ qu  
dam  
si in  
17. e  
tio d  
decim  
dede  
si in  
decim  
quar  
& a  
S  
solvi  
tio e  
q. 8.  
U  
tur d  
de m  
perc  
8.n.  
Se  
d.c.n  
dem  
& ac  
diru  
adv  
gl. in  
in v  
d.q.

ares consistunt, ut post Anchār. & Roffred. tradit Rebuf. loc. cit. Duodecimo † de venatione; habemus tex. 19 in d.c. non est, ubi not. Innoc. Abb. & alii Rebuf. d. q. 8. p. 15. ubi etiam dicunt, hanc esse decimam personam: idem de pescatione † concludit ibidem Rebuf. 20 & n. 10. sane de pescariis, ubi videlicet pisces ali solent, tex. habemus in c. per venit, de decim. quod solvenda est, & quia prædialis videtur, solvenda erit illi ecclesiæ, ubi stagnum est; ut docet Rebuf. d. num. 10. De auctupio † quoque decima solvenda est, tum quia venatio quædam est, tum quia cum fructu est, l. item si fundi § sed si insula ff. de usufr. & ita concludit Rebuf. d. q. 8. num. 17. & ante eum Anchār. d. c. non est, col. 2. Decimotertio de domibus, seu de earum pensione † solvi debet 22 decima, c. pastoralis, & c. commissum, ubi Butr. & alii de decim. Rebuf. d. q. 8. num. 21. Hispan. d. num. 1. Idem si in agro † construatur domus, nam vel ejus pensionis 23 decimam solvere debebit dominus, vel eam saltem quam prius de agro solvebat, d. c. commissum, ubi Card. & alii, Rebuf. d. n. 21.

SECUNDA CONCLUSIO. De omni artificio † 24 solvitur decima, tex. est in c. decima, 16. q. 1. ibi, de negotio & artificio solve decimas, ubi gloss. & Doct. Rebuf. d. q. 8. num. 19.

Unde infertur primo, quod de negotiatione † solvi- 25 tur decima, text. d. c. non est, & c. pastoralis, de decim. unde mercator solvere tenetur decimam de lucro, quod percipit in singulos annos, ut notant ibi Doct. Reb. d. q. 8. n. 18. Hisp. d. n. 1. q. 10.

Secundo de militia, † seu captis in justo bello, tex. 26 d. c. non est, imo de stipendiis, † quæ habent, ut not. ibi- 27 dem Abb. & Rebuf. d. q. 8. num. 20. Imo cum doctores, & advocati dicantur militares, c. advocati, C. de advoc. diu. iud. tenentur † & ipsi de collecta scholarum, & de 28 advocatione solvere decimas, d. c. decima 16. q. 1. & not. gl. in c. decima, verbo, negotio, 16. q. 1. & in c. pastoralis, in verbo, quasi de lucro, Rebuf. d. tract. q. 12. n. 5. Hispan. d. q. 10. n. 2. & d. q. 8. numero 20. Anchār. d. c. non est.

29 Idem in procuratore de procuratione, & notario  
30 scriptura, Hispan. ibidem, d. q. 10. num. 2. idem in deli-  
cro adventitio & profectitio, Rebus. d. q. 8. n. 2. Hispan.  
reg. decim. q. 12.

31 Tertio, mercenarius de mercede sua in solvere debet decimam, gloss. loc. cit. per d. c. decim. Hispan. d. q. 10.  
nu. 1. Rebus sup. q. 5. num. 16. idem de institore qui lucrum suum, post Lugd. Hisp. & Butr. probat Rebus.  
q. 5. num. 17.

32 Quarto, de futuris & quoque decima solvit, hoc de commodo illorum sive in pane sive in pecunia sive in quavis alia re consistat, Doct. d. c. pastoralis, & c. per-  
venit, eod. tit. Rebus. d. q. 8. num. 28.

33 Quinto, de lapicidinis & decimæ solvuntur, ut dou-  
Io. And. & alii d. c. pervenit, non quod ex decem lap-  
idibus detur unus, sed ex pecunia, quam inde quis lu-  
catur, ecclesiæ ubi audit divina, decimam solvit, mibi

34 Io. An & Rebus d. q. 8. nu. 23. adnotavit. Idem in di-  
cendum de argenti, auri, aliorumque metallorum fodini-  
nis, ut tradit Io. An. Butr. & alii, d. c. pervenit, Rebus.  
d. q. 8. num. 24. Hispan. d. q. 10. nu. 1.

35 Sexto de molendinis & solvit decima, ut si decem  
sextaria siliquini, tritici, aut alterius grani molendini  
nomine quis lucretur, tenetur unum pro decima sol-  
vere, & pervenit, eod. idem est in molendino ad ventum,  
& ex transmissa, eod. tit. & in eo quod catena tenetur su-  
per fluvio, ut in specie voluit Rebus. d. q. 8. num. 6. quod  
si pecunia pro molendini pensione solvatur, ex illa pe-  
cunia decima solvit illi ecclesiæ, in qua situm est mo-  
lendinum, ut ibidem tradit Rebus. Et sic prædialis est  
juxta ea, quæ infra dicam cap. 6.

### TERTIA CONCLUSIO. Quamvis de omni lu-

36 cro & solvatur decima, & ex transmissa, de decim. secus  
37 tamen est & in legato, vel hereditate, sive ex testamen-  
to, sive ab intestato, sive in extraneum, sive in legiti-  
mum perveniat, ut voluit gl. d. c. pastoralis. verb. quas  
de lucro, Rebus. d. q. 8. nu. 31. quicquid in hoc distinxer-  
38 tit alia gl. d. c. decima, verbo, negotio, 16. q. 1. Imo & ei

immo-

immobilibus absolute non solvi decimam, voluit gloss.  
d. verbo, quasi de lucro, Turrecr. in d.c. decima, tributa,  
nu. 2. 16. q. 1. Guliel. Bened. in cap. Raynutius, in verbo,  
ē uxorem, nu. 2 5 6. de testam. Rebus d. num. 31. & 32.  
An vero de dote ecclesiarum, & prædiis ecclesiasticis sol-  
vatur decima, dicam inf. cap. seq q. 1.

**QUARTO SECUNDO,** *An de illicite acquisitis sol-  
vatur decima.*

**PRIMA CONCLUSIO.** Communis est resolutio,  
quod de prædialibus † solvenda est decima, quam se 39  
quitur gl. d.c. decima, verb. negotio, ubi Turrecr. num. 5.  
Galia gl. d.c. ex transmissa, verb. licite, hoc tit. S. Thom.  
2.2. q. 87. art. 2. Tynd. d. tract. num. 49. Rebus tract. eod.  
q. 5. num. 18. Hispan. d. reg decimarum, q. 3. num. 2 & q.  
10. num. 4. & q. 11. num. 4. & 5. cum quia decima † se- 40  
quitur quemlibet possessorem, sive justum, sive inju-  
stum, c. de terris, hoc tit. nostro, c. quanto, de usur. c. si ve-  
ro, de sent. excom. tum quia secus, melioris esset condi-  
tionis prædo, quam bonæ fidei, & legitimus possessor,  
contra l. si à domino, §. ult. ff. de petit. hered. tertia ratio  
esse potest, quia ipse proventus fructuum, non venit  
exactione illicita, sed ex divina largitate, & opere, quo  
multiplicatur semen, ut auctoravit Turrecr. d. n. 5. qui  
etiam n. 4. post Ray. & S. Thom. ait, † decimam deberi, 41  
licer terra seminata sit furtivo semine.

**SECUNDO CONCLUSIO.** In personalib. decimis  
distinguendum est; aut enim in his illicite acquisitis,  
dominium transfertur in accipientem, nec competit  
solventi repetitio, & tunc debetur † decima, & sic me- 42  
ritrix, & histrio decimam † solvere debent, quod 43  
ideem est de iis, quæ ratione officii extorquentur, c. non  
sane, 14. q. 9. dominium enim in eos transfertur, sic con-  
cludunt gloss. cit. Petrus Royz. decis. 5. Lituan. num. 170.  
& Tyndar. d. tract. nu. 50. & Rebus. q. 5. nu. 18. dicit ta-  
men ibidem gl. Royz. Tyndar. & Rebus. & S. Thom.  
d. q. 87. art. 2. quod ab illis non debet sacerdos decimam  
accipere, † ne eis videatur immunitatem præstare, &  
in eorum peccatis communicare; poterit tamen, cum 44

- ii pœnitentiam egerint, ut iidem concludunt, quod monet etiā Innoc. d. c. ex transmissa, ne ab ecclesia despici videantur. Aut dominium non transferrut, vell transferatur solventi datur repetitio, ut in simonia, 45 veniens, de simonia, & tunc † de talibus fieri non debet eleemosyna. nec solvi decima, ut tradunt gloss & Doct. mox citati, quam gloss. sic distinguentem communio approbatam esse à Doctribus asserit Tyndar. ubi supnum. 52.
- 46 Unde infertur primo, de captis in bello injusto solvi non posse decimam, ut in specie concludit Reb. d. tract q. 8. num. 2. Hispan. in d. reg. decim. q. 3. num. 4. Card. c. non est, de decim. Et ratio illa est, quia capti a hujusmodi bello obnoxia sunt restitutio, c. sicut, il 3. de jurejur. c. militare 2 3 q. 1. & tradunt communio summista, in verbo, bellum. Covar. in relect. reg. peccatum, 2. par. §. 11. per totum, de reg. jur. in 6.
- 47 Secundo de usuris, aliusque per usuram acquisitis solvi non posse decimam personalem, de ea enim non loquimur, ut tradit in terminu Tyndar. d. n. 52. Hispan. d. num. 4. & Petrus Royz. decis. 5. Lituan. num. 219. post alios. Ratio est, quia licet in usuris dominium transfe- 48 ratur, † datur tamen repetitio, ut patet ex tex. in c. debitores, de jurejur. & late tradit inter ceteros. Covar. d. 1. par. in princip. num. 3. & latius lib. 3. var. resol c. 3. num. 6. secus tamen in fructibus prædiorum per usuram acquisitis, ut patet ex 1. concl. & in specie post alios Turu. d. c. decima, num. 2.
- 49 Tertio infertur, ex rebus acquisitis à meretrici solvendam esse decimam, ubi pœnitentiam egerit, si concludunt Doct. omnes citati in princ. hujus consolun- nis, & præterea Card. d. c. ex transmissa, in fin. de decim. Ratio est, quia licet turpiter accipiat, transfertur tam dominium, nec datur repetitio. Henr. Boisch. c. pervenit, de adul. S. Ant. 2. parte, tit. 2. c. 5. col. 2. Silvestr. in verbo, restitutio, 2. col. 2. Sot. li. 4. de just. & jur. q. 7. art. 1. alii, quos refert, & sequitur hanc eandem sententiam late comprobans Covar. d. 2. par. n. 1. & tribus seqq.

Quæro

QUÆRO TERTIO, *An de novalibus solvenda sit decima, & quando?*

Præmitto, novale in genere sumtum † esse agrum 50  
nunc primum præcimum, ut loquitur *tex. in c. 1. de verb. sign.* sed quoniam adhuc aliqui dubicare poterant, quid propriæ esset novale, dicentibus quibusdam, novale terram esse præcismam, quæ anno cessat, *juxta tex. in l. sylva cedua, §. pen. ff. de ver. sign.* aliis vero quod sit sylva, quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur, *per tex. in l. ultima, §. antep. ff. de term. annot.* Ideo Innoc. III. in c. quid per novale de verb. sign. definit, novale in materia præcipue privilegii decimalis dici agrum de novo ad culturam redactum, de quo non exstat memoria, quod aliquando cultus fuerit, subdens quod neque de agro in culto intelligendum est, sed de eo dumtaxat, qui vel modicum, vel nullum fructum afferebat. Unde infertur, quod, ubi ex agro aliquo, aut terra aliquid, non modicum percipiebatur, ex eo nunc noviter ad culturam redacto † solvenda est decima, etiam 51 ab habentibus privilegium novalium, *tex. est in c. commissum, ubi gloss. & Doct. de decim. Rebus. d. tract. q. 6. n. 4. & 35* Ratio est, quia illud non est novale, *ut gl. d. c. commissum, in verbo, pascuis ad novavit.* Plura de definitione novalium videre potes apud Doct. in d. c. 1 in c. quid per novale, & in l. si novale, ff. de verb sign. His præmissis erit.

PRIMA CONCLUSIO. Ubi nullum concessum sit privilegium decimæ, solvi debent † etiam de novalibus; patet primo ex c. non est, de decim. c. quinque, &c. omnes decima, 16. q. 1. & aliis juribus, in quibus habetur, quod de omnibus bonis, fructibus, & proventibus solvi debent decimæ Secundo ex cap. cum contingat, de decim. ubi aperte definitur, decimas novalium, sicut alias, ad ecclesiam parochialem pertinere. Regulariter vero debentur † novalia parochiarum, in cuius finibus 53 surgunt: *tex. d. c. cum contingat, & c. quoniam de decim.* quod si novalia † apparent inter duas parochias, & nec 54 scitur, intra quam illarum, quia ignorantur limites, tunc

tunc inter illas fieri divisio, ut voluit Henr. Boich. c. p. m. uenit, colum. i. de decim. vel Episcopus, cui voluerit p. dicio suo concedit, ut voluit Reb. d. tract. q. 14. n. 14. per c. quoniam, de decim. ubi habetur, quod tunc Episcopus secundum discretionem a Deo sibi datam, ut alii ecclesiæ deputare, vel ad opus suum retinere debent. § 55 si vero limites quoquo modo apparent, t. promodo & portione limitum, cuilibet earum parochiarum debent assignari, sic disponit idem cap. quoniam, & nouit Reb. d. q. 14. num. 14.

§ 56 SECUNDA CONCLUSIO. Religiosi omnes t. sunt exempti privilegio in jure scripto a solutione decimam de novalibus, quæ propriis manibus, seu sumtibus ei colunt, sicut post Adrianum concessit Alex. III. in c. parte, il. I. de decim. ubi Doct. omnes, Reb. d. tract. de decim. q. 14. n. 45. Idem est t. in templariis, & hospitalariis, ut colligitur ex tex. d. c. ex parte, & aperte teneri gloss. c. licet, eodem tit. & Reb. d. num. 45.

Declarata tamen primo, hauc conclusionem non pro. § 58 cedere, t. ubi novalia ab iisdem exentiis aliis tradantur excolenda, ut ex eodem tex. colligitur, ibi, propriis manibus, & clarius loquitur tex. in c. licet, eodem tit. & nouit Reb. d. q. 14. num. 17.

§ 59 Secundo declara, nisi pacto expresso t. ad hoc teneantur, tex. c. multiplici, eodem tit. not. gloss. d. c. ex parte, verbo, laborum. Reb. ibidem, num. 53. L. l. Zanch. di. privil. eccl. priv. 120. n. 13. post Guid. Papa. decis. 107.

§ 60 Tertio, nisi solvendo t. tacite renunciaverint privilegio suo, c. accendentibus, & c. si de terra, de privilegio not. Reb. d. q. 14. n. 54.

§ 61 Quarto, nisi olim t. ecclesia inde haberet emolumenium, aut inde postea enormiter laederetur, c. dilect. & c. suggestum, & c. commissum, de dec. & c. quid per nr. vale, de verb. sign. & facit c. apostolica, de donat. not. gloss. a verbo, laborum, & Reb. d. q. 14. num. 46. & 55. Sicque exponendum ex cap. ult. de privileg. ubi disponitur, quod privilegium super exemptione decimarum a novalibus t. perpetuum est, intelligendum enim est, nisi

nisi incipiat esse iniquum, propter magnam ecclesiæ lesionem, prout exponit gloss. fin. d. c. quid per novale.

Quinto declarata, secus esse † de conductis, text. d. c. 63 diletti, not. gl. d. verbo, laborum, Rebus. d. q. 14. num. 52.

Sexto, secus de possessionibus † noviter acquisitis, 64 Scilicet, post Lateranen. Conc. generale, c. nuper, de decim. quod fuit celebratum, anno domini 1215. ut ibi ait gloss. 1. & late probat Rebus. in concord. rubr. de approbat. convent per Later. Conc. fact. in princ. & nos aliquid dicemus cap. seq. q. 3. concl. 2.

TERTIA CONCLUSIO. Privilegium concessum ecclesiasticis decimas alienæ parochiæ percipiendi, comprehendit † etiam novalia, tex. est in c. ex parte, il. 65 3. de decim. quem ita intelligit gl. ibi, & in c. cum contingat, eod. ubi Doct. magis communiter: licet Panor. d. c. ex parte, magis placeat ille intellectus, quod illud privilegium concessum fuerit ecclesiasticæ personæ, non quidem de percipiendis, sed de non solvendis decimis; cui accedere videtur Rebus. d. q. 14. nu. 28. qui tam intelleximus parum congruit literæ, ut patet consideranti, nisi velimus accedere intellectui, quem alio quodam exploso assert Rebus. d. q. 14. n. 7. & 8. ubi ex integra decretali desumta ex antiqua Honorii compilatione, ostendit, illud non fuisse privilegium, sed concessionem decimarum & novalium f. Etiam Reutori parochiæ, cui de jure comperunt, ex eo quod Episcopus Novariensis. dicta novalia cuidam canonico concesserat, ut ibi per eum. Illud ergo constitutum sit privilegium, concessionem ecclesiasticis personis percipiendi decimas, novalia etiam comprehendere, cum & hæc sit communis opinio, ut testatur Covar. libro. 1. var. resol. c. 17. nu. 13. & tex. sit apertus, in d. c. ex parte; secus vero dicendum est † de hujusmodi privilegio 66 laicis concessio, etiam si in feudum sint datae decimæ, ut est text. in c. tua, il. 1. §. ult. ubi gloss. & Doct. de decim. quo modo etiam intelligendus est similis tex. in c. 2. §. 1. de decim. in 6. Quamvis Collect. d. c. cum contingat, Anch. d. c. ex parte, il. 3. & Fortunius Gaius, in l. Gal.

1845.

lus. §. & quid si tantum, colum. 6. ff. de lib. & post. quod referunt & sequuntur Covar. d. c. 17. num. 13. & Rebū d. q. 14. num. 29. mordicus tueantur etiam privilegium ecclesiasticis concessum de percipiendis alienis decimis, non extendi ad novalia, dicentes, textum illum in c. ex parte, il. procedere speciali quadam ratione quod ibi fiat mentio de privilegio concessso iis, quibus de jure communi, & ordinario decimae competunt, licet ab eis jus eas percipiendi præscriptione, breve speciali sublatum sit.

QUARTA CONCLUSIO. Privilegium non solum vendi decimas † ad novalia non extendit, Butr. tua, il. 1. col. ult. de decim. Sot. cons. 297. viso privilegium col. 1. & per totum vol. 2. Rebuf. d. q. 14. nu. 30. secus ac 68 tem erit, † ubi privilegium illud solum fuit de non solvendis decimis, de laboribus propriis, nam tunc extendit ad novalia, quia intelligitur tam de presentibus, quam futuris laboribus, c. ad audientiam, de decim. neque per hoc magnum præjudicium patitur ecclesiis parochialibus, juxta tex. in c. quid per novalia de verb. fig. Atque ita in specie hanc sententiam tunc Rebuf. d. q. 14. num. 28.

QUINTA CONCLUSIO. Privilegium non solvet 69 dicimas novalium, intelligendum est † de iis novalibus, in quibus alter non habet tempore datae immunitatis quasi possessionem juris percipiendi decimas ut est tex. in c. dudum, quod est antepen. deprivil. & in statuto, in princ. de decim. in 6. & hoc, ne fiat illi præjudicium præter concedentis intentionem, ut ex test. colligitur, d. c. dudum, & ibi adnot. gloss. fin. Idem vero dicendum est, ubi novalia essent tempore imposita privilegii proscissa, seu, ut alii loquuntur, facta, & ei eis alteri debitæ decimæ fuissent; tunc enim cessat illud privilegium, ut ex communi resolvit Abb. d. c. dudum, quem sequuntur Rebuf. d. q. 14. nu. 33. & Covar. d. c. 17. num. fin.

SEXTA CONCLUSIO. Privilegium aliquib. concedens decimas novalium, pro ea parte, qua veteres possi-

post. quod & Rebū ad alia loca, sed ad eam tantum partem, in qua veteres possidebant, c. statuto, in princ. de decim. in 6. quare is, qui novalium decimas petit in vim illius privilegii, probare debet, se tempore indulti veteres decimas habuisse, vel partem, pro qua petit, tenetur probare, se possedisse, alias succumbit, ut not. ibi gloss. & Rebū d. q. 14. nu. 34. Si tamen probaret, se possedisse per tem-

pus immemorabile medium, vel aliam partem veterum, & adhuc se possidere, tunc præsumeretur, quod tempore indulti illam partem possedisset, per ea, quæ late iradit Balb. tract. de prescript. lib. 2. 3. par princ. q. 6. & Rebū d. q. 14. nu. 35. Hoc vero privilegium decimatum novalium limitatum ad mensuram antiquarum, & non extenditur ultra dimidiam partem decimarum, etiam si amplius in veteribus haberetur; quia non est verisimile, quod si tunc de plena & integra perceptione veterum fuisset expressum, Apostolica sedes

pariter novalium decimas in tam grave parochialium ecclesiarum dispendium indulisset, prout loquitur, & decidit Alex. quartus, d. c. statuto, s. statuimus, de decim. 6. ubi gloss. & Doct. quod tamen, & non habet locum in monachis Cisterciensibus, & Carthusiisibus, prout excipit Pontifex, in d. s. in fine, si enim percipiant integrum vel plusquam dimidiam decimatum antiquarum vigore talis indultri, tantundem quoq; habebunt in novalibus, ut ibi lo. Andr. & Gemin. adnotavii. De-

bent tamen, & locorum ordinarii, ubi per hujusmodi decimatum concessiones parochiales ecclesiæ adeo gravantur, quod earum rectores de ipsarum redditibus congrue sustentari, & commode jura Episcopalia exhibere non possunt, prouiderè, quod eisdem rectoriibus tantum de illarum præventibus relinquatur, quod exinde competentem sustentationem habere, & Episcopalia jura solvere valeant, aliaq; onera debita sup-portare, prout loquitur & exponit tex. d. c. statuto, s. ubi autem.

SEPTIMA CONCLUSIO. Religiosi etiam exem-  
M ti in

ti in aliquibus parochiis decimas antiquas, aut eam  
 75 partem habentes ex donatione laicorum, † non pos-  
 sunt pro eadem, vel simili portione novales super-  
 nientes sine alia rationabili causa percipere aut pen-  
 re, ut deciditur d.c. statutum. §. fin. & ibi not. Gemini  
 alii: facit etiam c. cum contingat, de decim. Et hoc  
 grave fiat præjudicium parochiali ecclesiæ, d. §. statu-  
 mus.

OCTAVA CONCLUSIO. Remittens decimali-  
 76 bi debitas, † novales quoque remisisse videtur, tex.  
 in c. quia circa, de privil. & ibi Io. Andr. Abb. antiqui  
 alii. Ratio illa est, quia in beneficiis plenissima sit  
 interpretatio, ut ibi dicitur, & c. dilecti, & c. pastorali,  
 donat. c. olim, de verb. sig. & in l. ult. ff. de constit. pri-  
 77 Hoc autem † intelligendum est, dummodo remis-  
 legitime fiat, & ut ait ibi Pontifex, secundum canonis-  
 cas sanctiones, hoc est, ut non sit in enorme detimen-  
 tum ecclesiæ, ut ibi ait glossa per tex. in c. Apostoli, de  
 78 donat. & quod fiat † ex causa necessitatis, utilitatis, ve-  
 pietatis, ut ibidem not. Innoc. Host. & Io. An.

NONA CONCLUSIO. Si monasterium, vele-  
 traeus Curatus præscriperit decimam in uno loco, &  
 79 fiant ibi novalia, decimas † novalium non habebit  
 sed rector illius loci & parochiæ, ubi novalia facta sunt  
 ad quem de jure communia decimæ spectant, ut est in  
 signis tex. in c. cum contingat, de decim. & ibi not. glossa  
 & Doct. Rebus d. q. 14. num. 9. Covar. d. c. 17. nu. 13. in  
 hanc decisionem late probant; potissima illa ratio est  
 80 quia sine possessione † non est præscriptio, c. sine pos-  
 sione, de reg. jur. in c. auditis, de præscript. l. i. §. si quod  
 hoc interdicto ff. de itin. act. priv. & l. sine possessione ff.  
 81 usucap. & præscriptio † odiosa est, atque adeo stricte  
 interpretanda, c. c. d. i. d. de reg. juris, in 6. gloss. communi-  
 ter approbata, ut ibi testatur Abb. d. c. cum contingat.  
 Quare non obstat c. ex parte, il. 3. de decim. per quo  
 supra in tertia conclusione probavimus, privilegium  
 ecclesiasticis concessum de percipiendis decimis  
 novalia extendi; illud etenim procedit in privilegio  
 & bene.

& beneficio, quod benigne est † interpretandum, ut 82 supra ex cap. pastoralis, de donat. aliusque juribus admonuimus, & in hac specie notavit Covar. d. nu. 13. Idem est in consuetudine; nam si quis ex consuetudine antiquas percipiat decimas, tamen † novalia quæ in eo 83 territorio fiunt, non habebit, ut post Host. & alios, d.c. cum contingat, late resolvit Rebuf. d. q. 14. n. 16.

Declarabis tamen, hanc conclusionem non procedere; Primo, ubi præscriptæ fuerint decimæ, † in una 84 parte fundi, & postea fiat novalis alia pars fundi, is enim qui in parte præscribit decimas, in hac quoq; novali parte habebit, cum præscriptio partis indivisibilis ad totum extendatur, optimus tex. c. cum in tua, de decim. & ita in hac specie tenet Brun. in tract. de augmen. concl. 17. in princ. Rebuf. d. q. 14. n. 20. & consuluit Abb. concil. 71. volum. 2. per totum, ubi eum videoas. Et hoc procedit, dummodo appareat unum esse præmium, vel per limites & clausuram, vel quia uno pretio emtum alias secus, ut optime idem Rebuf. tradit, d. q. num. 21. & Abb. d. conf. ad fin.

Secundo declara, non procedere, † quando novalia 85 ipsa quis possedisset per tempus immemoriale; eodem enim tempore † præscribi possunt decimæ novales, 86 quo veteres. Doct. d. c. cum contingat, & in c. 1. de præscript. in 6. sic consuluit Bertrand. conf. 184. col. 1. vol. 2. juxta primam editionem antiquam, tradit Rebuf. d. q. 14. n. 17, imo † si de hujusmodi novalibus haberet titu- 87 lum aliquem coloratum, tunc quadraginta anni suffi- cerent ad præscribendum, sicut & in aliis decimis, ut post Fel. & alios, in c. de quarta, de præscript. resolvit Rebuf. d. q. 14. num. 17. Sed quomodo præscribere poterit sine possessione, † quæ in novalibus videtur admitti 88 non posse, juxta supradicta & tradita per eundem Rebuf. d. q. 14. num. 10. Responderi potest primo, intelligendum esse id, vel de novalibus improprie sumtis, de quibus in sequenti declaratione, vel de novalibus, ex quibus aliquid, licet modicum, perciperetur, juxta c. quid per novale, de verb. sign. Secundo potuisse aliquem,

M 2. ejusq;

ejusque prædecessores sæpius supra hominum memoriā percepisse decimas ex multis novalibus, scēnum partibus, quando fiebant; unde præscriptio huius poterit ad percipiendum in aliis partibus ejusdem prædii, vel loci.

89 Tertio declara, † secus esse in novalibus improprium hoc est, in quibus, vel de novo arbores plantantur, alia seruntur, ab iis, de quibus decimæ solvēbantur tunc præscribenti, de iis quoque decimæ solvēderunt, ut post Paris. conf. 73. lib. 4. Ruin. conf. 163. volun. 3. Anthar. d. c. cum contingat in fine, & alios latenter Rebūf. d. q. 14. nū. 18. 19. & 22. Covar. d. cap. 17. 13. textus apertus, d. c. cum in tua, de decim. Atq; haec hoc capite dicta sufficiant.

## SUMMÆ RERUM.

- 1 Decimas solvere omnes tenentur regulariter.
- 2 Colonus, & dominus unam decimam solvunt de cibis.
- 3 Clerici tenentur ad decimas reales de bonis patrimonialibus Idem quoad decimas personales. num. quod tamen forte non habet locum in sacerdibus, qui divina ministrant. n. 5.
- 6 Beneficiati tenentur de prædiis ecclesiasticis solvere decimas parochia, intra cuius fines sita sunt prædia ex magis communi; & sive prædia illa sunt in Italia, sive non. nū. 7.
- 8 Rectores ecclesiarum, neq; alii clerici tenentur decimas solvere aliis, qui superiores non sint, de dominis, quas ipsi percipiunt.
- 9 Pralati tenentur ad decimas prædiales, & personales.
- 10 Cisterciensis, Templarii, & Hospitalarii non tenentur solvere decimas prædiorum suorum, quia propriis munibus aut sumiibus excolunt. Secus prædius conductus. num. 11. Item secus in prædia acquisitus post Concil. generale Lateranen. n. 12.

Et quid si acquirantur pro novu monasteriis adi-  
ficandis. nū. 13.

- 14 Religiosi omnes decimas non solvunt de nutrimentis  
animalium, hoc est, de animalibus, qua ipsi nu-  
trient: item de hortis suis.
- 15 Religiosi decimas solvunt de animalibus, qua aliis  
tradunt nutrienda. Item de hortis, quos alii tra-  
dunt colendos. num. 16. aut si eorum olera vende-  
rent. n. 17.
- 18 Religiosi omnes regulariter tenentur de pradiis ac-  
quisitis, & acquirendis integras decimas solvere  
ecclesias parochialibus, quibus erant decimales.
- 19 Religiosi non solventes decimas ecclesias debitas, aut  
prohibentes eas solvi, & alia hujusmodi facien-  
tes, quibus poenit afficiantur.
- 20 Papa non tenetur decimas solvere, sed aliis imponit.
- 21 Decima in nova lege praecepta sunt ad similitudinem  
decimarum veteris legis.
- 22 Decima quadam est, qua offertur Deo per jejunium,  
& poenitentiam.
- 23 Episcopus pro mensa saltem Episcopali non tenetur  
solvore decimas, nisi summo Pontifici. De patri-  
monialibus tamen, & aliis beneficiis ecclesiasticis  
tenetur. n. 24. Item secus si bona mensa in alium  
transferantur. nū. 25.
- 26 Reges, & Principes tenentur ad solutionem deci-  
marum tam pradialium, quam personalium; eas  
tamen forte non tenentur solvere nisi Episcopo.  
num. 27.
- 28 Pauperes tenentur decimas solvere, & num. seqq.
- 29 Paupertatus praetextu aliena tenere, vel peccare non  
licet.
- 30 Pauperes tenentur solvere decimas de suis eleemosy-  
nis: poterunt tamen unum pro alio solvere. nū. 31.  
Item non tenentur solvere, si essent in extrema  
necessitate; aut cogarentur omnia vendere, &  
mendicare, si integrum decimam solvere vellent,  
quam longo tempore non solvissent. n. 32.

- 33 Leprosi tenentur ad decimas, si colunt agros, nutri- 34 Pr  
neas; vel si vivunt per se in domibus suis.
- 34 Heremita, & alii observantes regulam S. S. Dom- 35 Pri  
nici, vel Francisci, si vivant per se, tenentur ad decimas de agris, & vineis, quas colunt.
- 35 Leprosi, Heremita, & alii huiusmodi, si simul in 57 Iu  
na domo vivant, non tenentur ad decimas de her-  
itis suis in circuitu domus, neque de animalibus suis ibidem paucitibus, seu eorum nutrimentu- 58 Sp  
s.
- 36 Iudei de terris, quas colunt, decimas solvere ten- 59 Iu  
tur. Idem in infideli & heretico. n. 37. Idem etiam in decimis personalibus. n. 38.
- 39 Imperator, aut alius laicus non potest laicis concedere immunitatem à solutione decimarum.
- 40 Episcopus non potest alicui concedere per viam pri- 62 Iu  
vilegi immunitatem à solutione decimarum.
- 41 Decima sunt à Papa ecclesiis assignatae.
- 42 Ecclesia antiquitus constituta decimis privari non debent.
- 43 Episcopus non potest dispensare contra Concilium gen- 63 In  
erale, aut canones.
- 44 Episcopus potest ex causa remittere decimas su- 64 L  
men & debitas.
- 45 Episcopus potest interponere decretum, & consensus in compositione super solutione decimarum. 66 L
- 46 Papa potest aliquibus etiam laicis privilegio con- 67 C  
dere immunitatem à solutione decimarum.
- 47 Ius divinum, & naturale indispensabile est & im- 68 D  
mutabile, & num. 52.
- 48 Papa non potest tollere jus divinum; potest tamen in- 69 A  
terpretari. n. 49. non vero limitare, maxime in 70 P  
spiritualibus.
- 51 Princeps non potest aliquid statuere contra ius natu- 71 L  
rale in damnum maxime alicuius.
- 52 Dispensari non potest contra ius naturale, aut divi- 72 P  
num.
- 53 Immunitas à solutione decimarum cur possit per Pa- 73 P  
pam laicis concedi.

- 54 Praeceptum decimarum non potest in totum tolli à Christiana Rep. & ibidem de ratione.
- 55 Privilegium concessum de non solvendis decimis, non extenditur ad eas, in quarum possessione est us, cui de jure competunt decime; secus si possessio sit apud eos, quibus de jure speciali competunt. num. 56.
- 57 Ius decimandi tamquam spirituale laicus non competit, ejusq; sunt incapaces.
- 58 Spirituale quibus modis quid dicatur.
- 59 Ius decimandi regulariter non potest ab Episcopo laicis concedi, potest tamen alius ecclesius cum aliqua causa. num. 60. imo & laicis ex iustissima causa, poterunt ad vitam, aliud ut tempus concedi fructus decimarum. num. 61.
- 62 Ius decimandi, seu potius commoditas decimarum potest ab Episcopo laicis concedi in vim alienationi cum causa & cognitione, & consensu ejus, de cuius interesse agitur.
- 63 Intellectus cap. 2. de his quæ si. à Prælat.
- 64 Laici possunt decimas titulo conductionis percipere, & quasi possidere, quibus etiam locari possunt ad vitam eorum accedente maxime superioris auctoritate. nu. 65.
- 66 Laici licite possident decimas sibi ante Concilium Later. non autem postea concessas.
- 67 Concilium Lateran. de quo in cap. quamvis, & c. prohibeamus, de decim. quodnam fuerit.
- 68 Decima non possunt laici concedi in emphyteusim, saltem post Concilium Lateranense.
- 69 Argumentum à feudo ad emphyteusim valet.
- 70 Pignorari non possunt decima à laicis ipsis quoq; ecclesiis, nisi ad eas ea decima pertinerent.
- 71 Laici obtinentes decimas in feudum ante Lateran. Conc. possunt eas de consensu Episcopi in ecclesiam transferre. In alios vero laicos feudi titulo transmittere non poterunt. num. 72. idq; procedit etiam in iis decimis, que feudo extincto redeunt ad ecclesiam. num. 73.

## 184 ALEX. MONET. TRACTAT.

74 Titulus ante Concil. Lateranen. probatur expofitione immemorabili decimarum cum famam jusmodi tituli, & concessionis, neq; aliquam 93  
stituta requiritur.

75 Immemorabilis præscriptio idem est cum centenari ex magis communi. 95

76 Immemorabilis possessio quomodo probetur.

77 Testes deponentes de immemoriali præscriptione, 97  
possessione debent esse memores 40. annorum.

78 Memoriam extare in contrarium potest probari per testes, & per instrumenta.

79 Perceptio, & possessio decimarum probari potest per testes singulares. 99  
100

80 Possessio probari potest per testes singulares.

81 Locus, & tempus in decimis non est de substantiis 101  
actibus.

82 Laici jure percipiendi decimas spoliati, & agenti interdicto recuperanda an sint ante omnium 102  
intendendi.

83 Ius decimas percipiendi potest per Papam Primum 103  
vel alteri laico concedi ex causa.

84 Friveliatus, ut exigat decimas, tenetur cengium portionem ex iis assignare ecclesia parochiali. 105

85 Consuetudo differt à præscriptione. & in quibus. 106

86 Consuetudo quid sit.

87 Consuetudo circa quantitatem decima plurimum potest, & attendenda est, tam in pradialibus 107  
quam in personalibus decimis.

88 Consuetudo, etiam qua contra ius est, non requiri scientiam, aut approbationem Principis.

89 Quota decima cur diminui possit per consuetudinem. 108

90 Consuetudo quantumcunque longa nullas decimas aut quid aliud solvendi ministris ecclesie indigentibus non excusat à peccato, nec valet. 109

91 Ministeriorum ecclesia sustentatio est de jure divini & naturali.

92 Personales decima jure tantum humana induci sunt.

sunt. & praecepta post evangelicam legem, & consuetudine tolli possunt.

93 Consuetudo, ut decima etiam mixta de minutis non solvantur, valet. Idem in decimis ex certis rebus. num. 94.

95 Consuetudo, ut de pradiis ecclesiasticis decima non solvatur, valet. Imo forte idem erit in pradiis patrimonialibus clericorum. num. 96.

97 Consuetudo potest inducere, ut decima uni ecclesie debite alteri solvantur: secus in pradiis, quae proxima sunt limitibus. num. 98.

99 Confines prescribi non possunt.

100 Consuetudo solvendi decimas maxime attendi debet, ubi dubium est, ad quam ecclesiam ea spectent, sufficientque decem anni ad eam inducendam. num. 101.

102 Consuetudo prater ius inducitur spatio decem annorum.

103 Consuetudo observanda circa solutionem decimarum regulariter requiritur, & sufficit, ut sit 40, annorum: neque exigitur titulus. num. 104.

105 Prescribere possunt laici exemptionem à solutione decimarum etiam in totum, ubi tamen possit parochus commode sustentari.

106 Clericus, & ecclesia possunt prescribere exemptionem à tota decima.

107 Clericus, & ecclesia possunt per prescriptionem acquirere etiam totam decimam in aliena parochia: idque etiam si ipsi non habeant parochiam. num. 108.

109 Prescriptio decima unius rei non extenditur ad alienam rem etiam ejusdem fundi: neque de decimis antiquis ad novalia. num. 110. neque de persona ad personam. num. 111.

112 Prescriptio immunitatis, & juris decimandi regulariter requirit vel spatiu[m] quadraginta annorum cum titulo, vel tempus immemorabile etiam sine titulo.

## 186 ALEX. MONET. TRACTAT.

- 113 Ecclesia, vel ecclesiastica persona habens donationem decimarum à laico, non potest eas prescribere etiam tempore immemorabili. 134
- 114 Laicus tempore etiam immemorabili non potest prescribere ius decimandi. 135
- 115 Incapaces alicuius juris non possunt illud prescribere etiam per tempus immemorabile. 135
- 116 Prescriptio immemorialis vim habet privilegium secus tamen ubi adest incapacitas in possidente. num. 117.
- 118 Laicus tutus erit prescriptione immemoriali decimorum accedente fama privilegii.
- 119 Compositio inter personas ecclesiasticas, ut decimi uni ecclesie debita alteri solvantur, valet; dum tamen accedat causa cognitio, decretum, & consensus Episcopi. num. 120. aut etiam Vicarii. numero 121.
- 122 Compositio, quod decima laicis solvantur, nisi ad tempus, & justa de causa non valet.
- 123 Compositio inter clericos, ut minus decima, audi aliquibus non solvatur, valet; imo etiam evalebit inter clericos, & laicos. nu. 124. multo unius magis ubi approbata sit à Papa, vel fiat circa modum solutionis. nu. 125.
- 126 Compositio, ut perpetua sit, & obliget successorem, debet fieri cum auctoritate superioris.
- 127 Intellectus cap. veniens, de transact.
- 128 Transactio, & compositio super decimis praterius fieri potest sine consensu superioris.
- 129 Transactio de decimis futuris non solvendus fieri potest cum assensu superioris, si pro decimis compensetur ecclesia in aliis, etiam dando aliquid temporale, puta pradium. num. 130.
- 131 Episcopales decimae quae sint, remissive.
- 132 Remissio decimarum Episcopaliuum valet, & est largi interpretanda; extenditurque ad prædia acquirenda, dummodo fiat iuxta canonicas sanctiones. num. 133.

134 Eb.

donati.  
& scriben  
on poti  
r&scribi  
civilegii  
Sedem  
iali deci  
it decimi  
let; dum  
, & con  
arii. no  
r, misal  
na, aut de  
im eava  
ulto ven  
circum  
cessorem  
prateriu  
as fieri po  
compen  
id tempo  
gest lar  
ia acqui  
mctiones  
134 Ecclesia, cui de jure communi non debentur deci-  
ma, potest ea remittere alteri ecclesiae.

135 Remittere potest ecclesia parochialis decimas sibi de  
jure communi debitas cum offensu summi Ponti-  
fiscis. An vero cum solo assensu Episcopi. n. 136.

## C A P. V.

*Quinam teneantur ad solutionem Decima-  
rum, vel etiam ab ea excusentur.*

QUÆRO PRIMO, An omnes tam laici, quam  
clericis, & religiosi teneantur ad decimarum solu-  
tionem?

PRIMA CONCLUSIO. Regulariter omnes † te-  
nentur decimas solvere; tex. est in c. decima, 16. q. 1 c. tua,  
il. 2. seu tua nobis, de decim. melior in c. à nobis, eod. tit.  
ubi gloss. & Doct. not. Rebus. d. tract. q. 5. n. 1. & 2. Hisp.  
reg. 10. q. 11. num. 1. Quamvis autem † tam dominus, 2.  
quam colonus partiarius, qui fruges domino solvit, ad  
decimam teneantur, c. à nobis, & c. tua nobis, ubi gloss.  
& Dd. de decim. ad unam tamen dumtaxat inter utrum-  
que dividendam tenentur, ut patet ex d. c. tua nobis,  
ibi, sicut colonus de parte fructuum, qua sibi remanet, &  
c. ubi id not. gl. Host. & alii. Quomodo autem eam in-  
ter se dividant, dicam inf. cap. 6. q. 4. concl. 5.

SECUNDA CONCLUSIO. Clerici etiam tenen-  
tur decimas solvere † de bonis patrimonialibus suis in 3.  
propria, vel aliena parochia, ut voluit gl. 1. in c. novum  
genus, quam sequuntur communiter Doct. ut testatur  
Covar. lib. 1. var. resol. c. 17. n. 8. vers. Primum hinc con-  
stat, quam etiam sequitur D. Thom. 22. q. 87. art. 4. Sot.  
lib. 9. de just. & jure, q. 4. art. 4. optimus tex. in d. c. novum  
genus, & in c. si quis laicus, 16. q. 1. Quoad † personales 4.  
vero tex. est secundum Rebus. d. tract. q. 5. num. 6. & in  
d. c. novum genus ubi Abb. & Innoc. idem Host. & alii  
communiter, in c. veniens, de transact. Idem vero Re-  
bus. num. 9. per eundem tex. dicit † sacerdotes, ex eo,  
quia

quia non recipiunt sacramenta, non teneri ad deimas saltem personales, licet contrarium velit inde d.c. novum. Cogita.

**TERTIA CONCLUSIO.** Tenentur clericis quinque habent praedia ecclesiastica intra alterius præochiæ fines sita, de iis solvere + decimas par ocho. **H**est magis communis opinio, ut testatur eam sequens **C**avar. d. vers. 1. hinc constat, quam tenent Abb. & alii al novum genus, idem Abb. in c. 1. post gloss. ibi de cens. **C**onsil. 88. numer. 4. **U**nde canonici de fratribus suis tenentur decimas persolvere, ut post **H**ost. **I**nnoç. & **B**on tradit **R**ebuf. d. tract. de decim. q. 5. num. 8. Nec refertur videtur, + sint ne ea praedia dotalia, vel non, juxta communem opinionem, de qua testatur **B**al. **n**ovel. de do col. 2. cui etiam accedit **C**ard. d. **c**onsil. 88. numer. 5. **C**avar. d. num. 8. vers. Secundo licet, & **R**ebuf. d. q. 5. n. 10. **Q**uamvis contrarium voluerit gloss. 1. & si d.c. novum genus, per cap. quæst. 16. q. 1. **D**. **T**hom. d. art. 4. & ibi **C**onstat. **B**alb. tract. de prescript. 5. part. pr. q. 7. Sane ideo res ecclesiarum, sicut nec alii clerici + tenentur decimas solvere aliis clericis, qui superiores non sint, + decimis, quas ipsi recipiunt, sicut nec **L**euita Levit. persolvebant, ut in hac specie not. **R**ebuf. d. q. 5. n. 11. cui libenter accedo, quoniam id satis aperie colligitur ex tex. in d.c. novum genus. **P**rälati quoq; + tenentur ad decimas praediales, ubi sunt praedia, ut post **I**nn. d.c. novum, & **C**ard cons. 88. nu. 4. tradit **R**ebuf. d. q. num. 3. & de personalibus, ubi ecclesiastica sacramenta recipiunt, vel audiunt divina, **H**ost. **H**enr. **B**oich. **B**utr. d.c. novum. & late probat **R**ebuf. d. q. 5. n. 4.

**QUARTA CONCLUSIO.** Cisterciensles, Tenentur pluri, & Hospitalarii + non tenentur solvere decimas praediorum suorum, quæ propriis manibus, aut sumisibus excolunt, tex. est in c. exparte, il. 1. & c. licet, de dictum. quod quia quidam intelligebant solum de novis libus, **P**apa in c. ad audientiam, eod. tit. exponit intelligi d. indultrum debere non tantum de novis libis, sed etiam de praediis, quæ propriis manibus a religiosis predictis coluntur.

Dec.

Declarata tamen, hanc conclusionem non procedere; Primo, ex possessionibus  $\dagger$  ab aliis conducedis, c. dile- 11  
 $\ddot{\text{c}}$ ti, eodem tit. & not. gloss. 2. d. c. ex parte, & Rebuf. d.  
trad. q. 14. num. 52. Secundo, secus de possessionibus, 12  
quas post generale Concilium acqui- sierunt; nam de 13  
iis etiam si suis manibus excolant, Cistercienses, & alii  
similiter privilegiati, tenentur tamen  $\dagger$  decimas per- 14  
solvere, ut disponit tex. c. nuper, eodem tit. n. si acquiran-  
tur pro novis monasteriis ædificandis, ut ibid. dicitur,  
quo casu  $\dagger$  tradendæ erunt aliis excolendæ, à quibus 15  
decimas eccl. his persolvantur; sicque immunes erunt  
religiosi pro portione sua, non autem coloni pro suas  
quomodo ego intelligo illum text. licet gloss. 2. & 3.  
dissentire videatur. Item declarata omnibus aliis modis,  
quibus præcedenti cap. q. 3. declaravimus conclusio-  
nem secundam, quæ erat de exceptione religiosorum  
à novalibus, in qua etiam quæstione plane tractavi-  
mus de privilegiis & præscriptionibus, quoad novalia  
spectat; quare hic eam materiam omittimus.

QUINTA CONCLUSIO. Omnes alii religiosi de-  
cimas non solvunt  $\dagger$  de nutrimentis animalium, hoc 14  
est, de animalibus, quæ ipsi nutriunt, ut exponit gloss. in  
clem. 1. verbo, animalibus, eodem tit. item de hortis suis  
non solvunt decimas, tex. d. c. ex parte, il. 1. hoc tit. Sane  
quod de nutrimentis animalium dicitur, si expositio-  
nem gloss. admittamus, ita  $\dagger$  demum procedit, si ipsi 15  
religiosi ea nutriant, secus si aliis nutrienda darent, ut  
not. Anch. d. c. ex parte, colum. 1. & Rebuf. d. q. 14. n. 4.  
57. dicuntur autem & ipsi ea nutrire, si alii ea custodi-  
ant, sed vesperi ad monasterium reducant, ut ibid. Re-  
buf. adnotavit. Idem quoque dicendum est  $\dagger$  de hor- 16  
tis, quos coleandos aliis traderent; tunc enim de illis de-  
cima solvi debet, ut ibid. tradunt Doct. sicut  $\dagger$  & de iis, 17  
quos colearent, & olera venderent; tunc enim decimas  
solvere tenentur, ut in specie tradunt Abb. d. c. ex par-  
te, & Rebuf. ubi sup. n. 58. tex. enim ille intelligendus est  
de hortis, quos ad usum proprium habent.

SEXTA CONCLUSIO. His casibus exceptis,  
omnes

18 omnes religiosi † tam exempti, quam non exempti  
nentur de terris, & possessionibus ab eis acquisitis  
acquirendis solvere integre decimas parochialib.  
ecclesias, quibus erant decimales, nisi speciali jure,  
privilegio super hoc muniti sint, ut disponit textus, de  
commissum, de decim. juncto c. fin. §. ceterum eodem titu.

19 in 6. Imo religiosi † omnes appropriantes sibi deci-  
mas etiam novalium sibi non debitas seu non permis-  
tent solvi decimas, aut de animalibus familiariis  
& pastorum suorum, vel aliorum etiam animalia in  
gregibus immiscentium, aut de animalibus, quae in  
pluribus locis emunt in fraudem ecclesiarum, & aliis  
locis tradunt tenenda, aut etiam de terris, quas alii  
tradunt excolendas; si post requisitionem ecclesiarum  
quarum interest, à præmissis non destiterint infra mœ-  
sem, aut si de his, quæ contra præmissa usurpare, vel re-  
tinere præsumserint, infra duos menses non satisfec-  
erint damnificatis ecclesias, tamdiu manebunt ab offi-  
ciis, administrationibus, & beneficiis suspensi, donec  
destiterint, & satisfecerint; quicquid iis carent, ex commu-  
nicationem incurruunt, à qua ante satisfactionem co-  
dignam non absolvuntur, ut disponit in clem. 1. de de-  
cim. ubi subditur, præmissa non extendi ad anima-  
lia quæ per religiosorum ipsorum donatos, seu oblatos  
teneantur, dum tamen illuc effectu se & sua donave-  
rint, aut obtulerint illius religiosis.

20 **SEPTIMA CONCLUSIO.** Papa † non tenetur de-  
cimas solvere; quia ipse est summus Sacerdos & Pon-  
tifex, ac minister ecclesiæ, qui decimas aliis imponit,  
clem. ult. de decim. & extravag. de decim. in commun. S.  
Thom. 2. 2. q. 87. art. 4. ad 3. Sot. libr. 9. de just. & jur. q.  
4. art. 4. Rebuf. d. tract. q. 3. num. 3. & seqq. Unde etiam

21 in lege veteri, ad cuius similitudinem † in nova quoque  
decimæ præceptæ fuerunt, ut in specie S. Thom. d. q. 87.  
art. 1. & Sot. lib. 9. de just. & jur. q. 4. art. 1. adnotarunt;  
ceteri quidem Levitæ summo Sacerdoti decimas da-  
bant, ipse autem nemini, ut habetur Numer. 18. quare  
quod ait idem Rebuf. d. tract. q. 5. num. 26. quod omnis  
homo,

homo, in quantum Deo subditus, sive sit Papa, sive Imperator, tenetur decimas Deo offerre, quia omnes sumus populus ejus, & oves pascuae ejus, loquitur † de 22 decima illa spirituali, quæ Deo offeritur per jejunium, & pœnitentiam, de qua idem *Rebus. d. tract. q. 2. numer.*  
 9. & q. 3. num. 31. Imo neque Episcopus † tenetur decimas solvere, nisi summo Pontifici, tum quia ita in specie voluit *Thom. Trivis. in decis. Venet. lib. I. decis. 29. n.*  
 1. & 3. post *Abb. in c. 2. nu. 6. de decim.* tum quia nullibi hoc caverur, tum quia nemini subditus est, etiam quoad spiritualia, & sacramenta, nisi summo Pontifici. Unde si sacerdotes ex eo, quia non recipiunt sacramenta, sed aliis ea ministrant, immunes à decimis ram personalibus, quam realibus esse voluit *Rebus. d. q. 5. num. 9.* multo magis immunes erunt Episcopi quoad mensam saltem Episcopalem, ejusque prædia. *Quod* igitur asserit idem *Rebus. d. q. 5. numero 26. post Andr. Hispan. d. q. 11. nu. 1.* Episcopum etiam quatenus Deo subditum teneri ad solvendum decimam Deo, intelligendum est de ea decima spirituali, quæ non nisi Deo darur: de qua supra dictum est. *Quod* tamen declarat, Primo procedere solum in bonis Episcopi ecclesiasticis, quæ sunt de mensa Episcopali; de patrimonialibus enim † & aliis beneficiis ecclesiasticis, quæ tanquam 24 privatus clericus habet, idem dicendum erit, quod supra conclus. 2. & 3. diximus de bonis paternis, & ecclesiasticis aliorum clericorum; & hoc est, quod voluit *Hispan. q. 12. num. 14. post Host.* Declara secundo, secus esse, † si bona hujus mensæ in alium per venditionem 25 transferantur; nam tunc subjicerentur decimæ, ut tradit idem *Trivis. d. decis. 19. num. 3. ad not. per Bald. conf. 322. num. 2. lib. 4. & Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vend. q. 6. princ. n. 46.*

OCTAVA CONCLUSIO. Reges, & Principes † te- 26 dentur & ipsi ad decimarum solutionem; prædialium quidem illi ecclesiæ, in qua prædia sita sunt, personam vero, ubi divina audiunt officia, ut in specie tradit *gloss. in c. omnes Principes, de major. & obed. Rebus. d. q. 5. nu. 25.*

3. nu. 25. Hispan. d. reg. decim. q. 12. num. 1. & latet  
dit Corset. in tract. de potest. reg. quest. 37. quæ est in  
parte illius tractatus; idem etiam voluit Hispan. d. q.  
num. 1. Quare non est exaudiendus Trivis. dum d.  
eis. 29. numer. 2. vult, bona Principis non esse subiecta  
decimæ, per leg. licitatio, quæ alias incipit, locatio. ff.  
publ. quæ tamen lex solum disponit, quod bona filii  
sunt immunia à vectigalibus, non tamen recte sequi-  
tur, esse immunia à decimis, quæ fundatum & ori-  
ginem habent à jure naturali, & divino; puto tamen  
27 probabiliter, Reges & Principes † non teneri solvere  
decimas alicui ecclesiæ parochiali, sed Episcopo; sicut  
quitur gl. d. c. omnes, in qua reliqui fundantur, & hoc  
in aliquo præ ceteris in materia quoque decimatus  
privilegiati sint.
- 28 NONA CONCLUSIO. Pauperes & ipsi † tenet  
tur ad decimas, gl. c. qui tua, & ibi Gemin. 12. q. 1. Vinc.  
Io. And. Butr. & Abb. in c. cum homines, de decim. Frat.  
Marc. decis. Delphin. 198. num. 6. 2. par. Tyndar. d. m.  
de decim. n. 38. usque ad 43. & S. Thom. d. q. 87. art.  
in fine, Rebus. d. q. 5. nu. 14. Viv. opin. 153. verbo, con-  
tudo non solvendi. Cornel. Benincas. in tract. de paupi-  
tate, q. 7. in 6. speciali, num. 28. Ratio duplex est; pri-  
29 quia prætextu paupertatis † non debet quis teneret  
liena, vel peccare, l. palam, §. non est ignoscendum. ff.  
30 ritu nupt. cum similib. Secunda, quia pauperes † tenet  
tur de eleemosyna, quæ eis offertur dare decimam  
ut iidem Doctores adnotarunt, solvit enim decima  
non modo respectu ecclesiæ, sed etiam in recognitio-  
nem universalis dominii, c. tu a nobis de decim. Declin.  
tamen primo hanc conclusionem, quod poterit pa-  
31 per † unum pro alio solvere, ut in specie voluit Frat.  
32 Marc. d. decis. 198. num. 8. secundo, † secus esse, si si  
in extrema necessitate, ut tradit Rebus. d. q. 5. n. 14. nati-  
tunc omnia sunt communia, l. 2. §. cum in eadem. ff. A  
leg. Rhod. de jac. c. si quis propter, defurt. Imo & debet  
ecclesia remittere decimam pauperi, qui cogere ut  
omnia vendere, & mendicare, si vellet integrum deci-

ma solvere, quam longo tempore non solvisset, ut tradit Rebus. d. q. 5. num. 15. post gloss. in c. que cunq. 16. q. 7. ubi Turrecr. n. 1. post Host. & Goffr. idem Viv. & Benincas. loc. citatis.

DECIMA CONCLUSIO. Leprosi tenentur + de-  
cimas solvere, si colunt agros, vel vineas, vel si vivunt 33  
perse in domibus suis, sicut + & Heremita, & alii laici 34  
observantes regulā S. Dominici, vel S. Francisci, etiam-  
si serviant monasteriis exentiis, ut tradunt Rebus. d. q.  
5. num. 22. & Hispan. d. tract. reg. decimarum, q. 12. nu-  
2. & 3. alias si vivant in communi, & stent simul in uno  
loco, & domo, non tenentur dare decimas + de hortis 35  
suis, qui sunt in circuitu domus, neque de animalibus  
suis ibidem pascientibus, seu eorum nutrimentis, ut  
voluit Pontifex, c. 2. de eccl. adif. & not. Rebus. d. nu. 21.  
Hispan. d. n. 2.

UNDECIMA CONCLUSIO. Judæi quoque + 36  
de terris, quas colunt, decimas solvere tenentur, tex. in  
c. de terru. eodem tit. idem de Pagano, Turca, & Hereti-  
co + notant ibi Doct. Rebus post alios, d. q. 5. numero 11. 37  
Hispan. d. tract. q. 11. numer. 3. Silvester post alios in verbo,  
decima, num. 3. & ad personales + decimas Judæos, & 38  
Hæreticos teneri concludit Rebus. d. num. 11. post. gloss.  
in c. decima, 16. q. 1. quia licet non audiant divina, non  
tamen stat ( inquit Rebus ) per ecclesiam, quæ nemini  
claudit gremium; contrarium tamen voluit gloss. d. c.  
de terris, quoad Judæos; ex quo, quia non sunt de cor-  
pore ecclesiæ; cui accedit Hispan. d. q. 11. num. 5. & in Sa-  
racenis, quod ad decimas teneantur tradit Lopus al-  
leg. 63. Rebus d. q. 5. n. 12. Hispan. d. q. 11. num. 3. consuluit  
Old. conf. 91. Mant. conf. 188. col. 2.

An vero mererix, histrio, usurarii, & alii illicite ali-  
quid acquirentes teneantur ad decimas, sufficienter  
egimus in precedenti cap. q. 2.

QUÆRÒ SECUNDO, An possit ex privilegio tā lai-  
cu quā clericis competere immunitas à solvēdus decimis?

Et quidem præmisso + nullum laicum, etiam Im- 39  
peratorem posse eam concedere; ut est textus formalis.

ubi Doct. in c. tua. il. 1. de decim. & not. Rebus. d. tract. 13. n. 101. & alii passim.

- 40 PRIMA erit CONCLUSIO. Episcopus  $\dagger$  potest alicui concedere hanc immunitatem per privilegii, ita voluit Rebus. d. q. 5. num. 28. & 32. in quia sunt à Papa  $\dagger$  assignatae singulis ecclesiis, c. 1. i. 1. tum quia in Concil. Cabillon. statutum fuit, ne cleisæ antiquitus constitutæ decimis  $\dagger$  privarentur ecclesia, & seqq. 16. q. 1. non potest autem Episcopus contra Concilium dispensare, ut tradit gloss. sing. cum dilectus, de elect. Rip. & alii, c. 1. de judic. sicut contra cauones, Bal. & alii in l. omnes populi. ff. de & jur. Felin. c. 1. num. 48. de constit. & c. quod super de major. & obed. ubi alii Doct. optimus tex. in clem. Romani, de elect. cum simil. Atque ita tenendum quidquid dicere voluerit Hispan. d. reg. decimarum 21. & 12. nu. 1. in princ. Poterit tamen Episcopus  $\dagger$  removere decimas, maxime suæ mensæ debitas ex justa causa, ut habetur in c. quia circa, de priv. cum ibi not. per Rebus. d. tractat. q. 13. num. 20. & seqq. Nos latius infra hoc eodem cap.
- 45 & Doct. Item poterit Episcopus  $\dagger$  interponere decimum, & consensum in compositione super solutione decimarum, opt. text. ubi Innoc. in c. 2. de transact. lau. Rebus. d. tractat. q. 13. num. 20. & seqq. Nos latius infra hoc eodem cap.
- 46 SECUNDA CONCLUSIO. Potest Papa  $\dagger$  aliquibus etiam laicis privilegio concedere immunitatem ad decimarum solutione, tex. sunt in c. suggestum, c. ex min. triplici, c. à nobis, c. ultimo, de decim. c. accendentibus, c. s. terra, c. dudum, de privileg. & in specie notat gloss. 2. in ceteri, d. c. à nobis Tyndar. d. tract. maxime num. 64. Rebus. eodem tract. q. 5. nu. 28. & q. 13. num. 103. Hispan. q. 12. nu. 1. Covar. lib. 1. var. resol. c. 17. num. 9. Vivit suis commun. opin. verb. privilegium, & verb. consueto, & alii Canonista passim, & inter Theologos Cajet. 2. q. 87. art. 1. ubi id colligit ex S. Thom. Sot. lib. 9. de juri. & jur. q. 4. art. 4. late post alios Henr. in summa Theologiae mor. lib. 7. c. 27. nu. 3. inter Summistas Silvest. v. bo, decima, n. 11. Laborant tamen gloss. & Canonista tenuit.

f. d. tra. tenentes, decimas esse de jure divino, & naturali, in  
 assignanda ratione, ob quam contra illud dispensare  
 opus f. n. videatur summus Pontifex, cum tamen f. alioqui non 47  
 in per via possit, cum sit immutabile, §. & 6. dist. per totum, capit.  
 & 32. in proposuit, de concess. præbend. in gloss. & c. quo jure, in fi-  
 iis, c. i. i. ne, & c. seq. 8. dist. Ideoquie quod Papa f. non possit tol- 48  
 fuit, nec lere jus divinum, late tradit inter alios Fel. in c. qua in  
 ivarentur ecclesiarum, num. 19. de constit. & Covar. epit. de spons.  
 Episcopu & matr. 2. par. cap. 6. §. 9. num. 2. 3. & 4. & optimus rex.  
 ff. sing. in clem. ne Romani, de elect. Et quamvis Papa f. possit 49  
 die. sicut jus divinum interpretari, ut docet Abb. & Dd. d. c. qua  
 in ecclesiarum, & Innoc. c. super eo, de bigam. & Covar.  
 sed super ubi supra; non tamen f. potest illud limitare, maxime 50  
 c. in clem. in spiritualibus, sed solum interpretari quod inveni-  
 aendum, ut not. Felin. d. c. qua in ecclesiarum, nu.  
 cimarum, 21. & 24. post Card. in c. licet, de elect. Contra jus quo-  
 que naturale f. non potest Princeps ipse aliquid sta- 51  
 t. iusta cuius, in damnum maxime alicujus, Felin d. c. qua in ec-  
 not. perf. tlesiarum, nu. 26. & ibi Abb. per clem. pastoralis, de re-  
 onere decr. jud. Oldr. consil. 223. Alex. cons. 93. 4. part. Bart. in proœ-  
 er solutione Digest. colum. 2. Et quod non possit f. contrajus 52  
 naturale, & divinum dispensari, late inter alios ostendit Domin. Magdal. in tract. de num. test. in testam. req.  
 3. part. cap. 3. num. 2. 24. & seq. & videtur optimus rex.  
 f. aliquibus in c. literas, ubi gloss. Abb. & ceteri, de rest. spol. Ratio  
 itatem a. vero illa, & distinctio gloss. d. c. à nobis, quam sequun-  
 m. c. extre- tur Canonistæ magis communiter, quod possit Ponti-  
 ntibus, c. gloss. 2. m. 64. 80. f. 3. Hispan. 9. Vivis  
 num. 8. 17. Silvest. 7. Canonistæ tenet  
 vers. quibus mehercle opinionibus, & nu. 9. in fine.  
 Dicendum ergo est, Papam f. posse aliquibus im- 53  
 munitatam à decimis concedere, cum jure humano  
 Pontificio, non autem naturali aut divino derogetur.  
 Patendum quoque, non posse f. in universum à sum- 54  
 mo Pontifice præceprum hoc tolli, non quia decimæ  
 omnino jure divino, aut naturali debeantur, sed ex eo,  
 N 2 quod

quod tale decretum esset irrationalis, nec conveniens Christianæ Reip. cuius interest spiritualium ministri inopes non esse, & quia juri naturali, ac divino congruit, ut laborantes in vinea domini mercedem aliquam decentem à laicis accipiant, quique spiritualia semina temporalia metant; neque enim negamus de jure naturali, ac divino debere ministros ecclesiæ indigne congrue sustentari, id enim Theologi quoque omnifatentur, & late concludit Covar. d. c. 17. n. 2. in fin. 3. fere per totum, & nos etiam admonuimus, sup cap. hujus tract. q. 3.

**TERTIA CONCLUSIO.** Privilegium concessum religiosis, & aliis, de non solvendis decimis, etiam 55 agris antiquitus cultis † non extenditur ad eas, in quorum possessione is est, cui de jure competant decimas puta ecclesia parochialis; ita Covar. d. c. 17. num. 14. exponens Innoc. & Card. in c. dudum, quod est antiquum de priv. Oldr. cons. 268. & alios, absolute dicentes, hujusmodi privilegium non intelligi de iis decimis, in quarum possessione aliquis est, cuius etiam sententia 56 est Rebus. d. tract. q. 13. n. 114. secus vero † dicendum est ( inquit Covar. loco citato ) si possessio sit apud eos quibus non jure communi, sed privilegio, vel præsumpta, competit jus decimas percipiendi, sic inter gens contrariam sententiam Abb. & aliorum, d. c. 14. dum. Ratio autem desumitur ex verisimili, & præsumpta mente concedentis hoc privilegium, neque enim præsumitur Pontifex nosse jus, quod alicui præter commune competit, eive derogare velle, quod secundum est, ubi competit de jure communi, juxta text. cum not. in c. 1. de constit. in 6.

**Quæro TERTIO,** An laicis possit ex privilegio concedi jus decimandi, seu decimas percipiendi?

Suppono regulariter jus decimandi tanquam spirituale † non posse laicis competere, ideoque ejusmodi illos esse incapaces, opt. text. ubi omnes Canon. in decimas. 16. q. 7. c. causam, de præscriptione, & c. 2. de jure gloss. communis in c. quamvis, de decim. inter Theologos.

id tra  
not C  
17. &  
decim  
Germ  
mor. 1  
quid  
Germ  
missis  
P. 1

non P  
tex. op  
c. ven  
inc. c. ce  
9. 13  
prime  
la, tex  
& no  
scopu  
eiusv  
conce  
percip  
ut eas  
sequa  
d. c. q  
4. de  
span  
9. 10  
Bald.  
Thom  
posse  
intere  
cum c  
in c. d  
ouf. d  
tali la  
sed te  
matu

id 111

 Rol. à Vall. cons. 23. n. 17. l. 2. Osasc. dec. 116. n. 1. Butr. d.  
 fi. n. 20. de jud. Bero. in rubr. de jud. n. 51. & Covar. d. n.  
 vers. verum si diligenter, post 10. Daiamam in pragmatis  
 pragmat. sanctionis, §. postremo & alios, quos ipsi citant  
 & in specie in materia decimarum late tradit Rebf. d.  
 q. 10. num. 1. ad hoc allegans gloss. in summa 10. q. 1. &  
 text. in c. dudum, de decim. Et ratio illa optima est, quod  
 11 causa † ecclesiastica & spiritualis ad forum, judicium  
 que ecclesiasticum spectat, non autem laicos, c. 2. de  
 jud. e. tuam, de ord. cog. cum similib. causa autem possel-  
 12 soria † rei ecclesiastice etiam simpliciter, & absolute  
 dicitur ecclesiastica, ut probatur ex clem. unica, de cau-  
 saposs. & propr. & clem. unica, cum ibi notat. de sequel.  
 poss. & fruct. Nisi velimus dicere, eos Doctores omnes  
 qui contra sentiunt, vel aliquos saltet intelligendos  
 esse, † ubi est solum quæstio facti circa possessionem  
 hoc est, cum incidenter in judicio queritur, an talis  
 exigat decimas, non autem cum principaliter agitur  
 ad hoc ut clericus manu teneatur in possessione per-  
 piendi decimas. Imo Marchef. d. num. 30. & Covar.  
 14 nu. 2. in princ. post Feder. de sen. d. cons. 245. fatentur  
 possit

posse etiam laicum in quæstione facti conveniri coram  
judice ecclesiastico, ubi agitur solum, an decimæ sint  
solutæ, vel an iste teneatur, vel alius, non autem cum  
de jure decimarum, aut de exemptione, aut privilegio  
circa solutionem; quod etiam tenere videtur Felin. d.c.  
causam, nu. 15. de præscript. & licet non bene, videbit  
fortasse quis quomodo possit constare cum eo, quod  
paulo anre hac eadem conclusione ex eodem Covar.  
olendum; constat tamen, & utrumque sustineri po-  
test. Veriores autem postremæ opinionis restrictio-  
nes, & prioris intellectus hi erant, quos duabus sequen-  
tibus conclusionibus complectemur.

QUARTA CONCLUSIO. Quoties jus decimas  
percipiendi ad laicos spectat ex feudo, vel privilegio,  
sicut competens & tam conveniendo, quam excipi-  
tudo erit laicus; ita in his terminis tradit Rebus. d.q.  
nu. 15 Germon. d.c. 19. num. 90. Covar. d.c. 35. nu.  
vers. tertio, quoties decima, ubi alios refert at-  
tenuit, hanc consuetudinem Galliæ esse. Ratio esse po-  
sit, quia tunc persona laica est, neque jus tunc spiri-  
tuale est, sed temporale, cum tunc solum habeat fru-  
tuum commoditatem, iuxta notat. per Doct. in c. ad  
nu. & c. quam vnu, de decim. Rebus. d. q. 10. num. 34. Et  
est, quod nos tradita sup. c. 5. q. 3. concl. 1.

QUINTA CONCLUSIO. Laicus conductor de-  
cimarum, ubi non ad sit contraria fori præscriptio, seu  
consuetudo, prout est in hac civitate & diœcesi Me-  
diolanensi, & potest, & debet etiam conveniri coram  
judice laico, ita in specie Covar. d. nu. 2. vers. 5. non vi-  
de sequitur. Idem voluit Rebus. d. q. 10. nu. 4. Et 38. Gemin. in c.  
s. omnes. ultimo, in fin. de for. compet. in 6. gloss. in c. vestra, de loc.  
ligendos. Ratio est, quia seclusa tali consuetudine & regularitate  
laicus debet a clericu conveniri coram judece laico,  
an talis clericus laicum, de for. compet. maxime, ubi non con-  
ragit. Tamen esse ecclesiasticam, ut ibi tradunt Doct. at tunc  
ne perh. non agitur de jure decimarum, neque de decimis sol-  
lentur. Covar. tendis ab his, qui tenentur eas solvere, sed de solven-  
tientur. pollo. to pretio, vel mensuris, quibus cōductæ fuerunt deci-

mæ alicujus parochiæ. Contrarium tamen hac in-  
sentit Germon. d.c. 19. nu. 97. volens posse etiam judi-  
cem ecclesiasticum cognoscere; quamvis enim, inquit,  
questio facti sit, hoc tamen factum ex jure oritur dan-  
marum, cuius cognitionem ad judices ecclesiasticos se-  
stare in manifesto est, qui propterea non redunduntur in  
capaces cognitionis illius facti, quod ex jure ad ipsos se-  
stante provenit.

SEXTA CONCLUSIO. Licet amplecti velis pri-  
mam opinionem ex iis, quas in tertia conclusione pro-  
tulimus, ea tamen nullo modo procedere potest, ut  
res solum inter clericos agatur, aut res solum est cleri-  
cicu*s*; debet enim tunc  $\dagger$  causa etiam possessoria cora-  
judice ecclesiastico tractari; ita in quavis re spirituali  
docet Navar. in repet. c. cum contingat, remed. i. den-  
script. & Covar. d.c. 35. num. 1. in fine. Ratio est, quia  
18 troque jure clericus  $\dagger$  convenientius est solum cora-  
judice ecclesiastico, c. qualiter, de jud. c. 2. & c. si dil-  
genti, de for. compe. c. placuit, 11. q. 1. Auth. statuimus, C.  
de Episc. & cler. ubi Doct. cum simil. quod etiam late pro-  
sequitur idem Covar. in d. pract. quest. c. 31.

SEPTIMA CONCLUSIO. Causa decimalis, ubi de-  
19 jure ipso agitur, non potest  $\dagger$  in laicum compromittu-  
r ita post Card. cons. 94. tenet Camill. Borel. tract. moder. i.  
compromiss. §. 2. gloss. 1. numer. 324. Imo, in nullum as-  
20 solute fieri posse  $\dagger$  hujusmodi compromissum tradu-  
Lanfr. Orian. in suo tract. de arbitr. §. compromissum  
quem etiam in hoc sequi videtur Borel. loco cit. Rati-  
21 vero illa est, quia spiritualia  $\dagger$  in laicum compromittu-  
non possunt, c. contingit, ubi Abb. & ceteri, de arbitr.  
22 & c. decernimus, de judic. poterit  $\dagger$  tamen forte com-  
promitti in laicum simul & clericum, accedente super-  
rioris auctoritate, ut in aliis spiritualibus fuse ostendit  
idem Borel. d. gloss. 1. num. 79. & tribus seqq. Illud san-  
certum est de fructibus ipsis decimalium, cum qui  
23 spirituale non sint, posse  $\dagger$  etiam in laicum compro-  
mitti, ut post Lanfr. loco cit. not. Borel. d. gloss. 1. nu. 324  
24 & de quavis re spirituali  $\dagger$  tradit. Host. in summatis  
arbitr.

ac in arbitr. §. de quare. Specul. eodem tit. §. rest. num. 2. Extra-  
tio esse potest, quia de iis transigi potest, ut sup. late o-  
stendimus, c. 5. q. 6. compromissum aurēm est, † quæ- 26  
dam transactio, Auth. si vero contigerit, C. de judic. late  
Borel. d. tract. §. 1. gloss. 3. num. 2. 68. & §. 2. gloss. 1. nu. 64.  
123 & 353.

QUÆRO SECUNDO, Qualiter, & qua actione  
petantur decima?

PRIMA CONCLUSIO. Si agitur † possessoria a- 27  
dipiscendæ, concludet Curatus, se habere talis loci cu-  
ram, & ob id petit adipisci decimarum possessionem,  
ut docet Rebus. d. tract. q. 1. num. 1. & sic etiam concludi  
potest † in aliis spiritualibus, ut tradunt Doct. in c. acce- 28  
dens, de accus. Abb. in c. constitutis, in si. de appell. & cap.  
pastoralis, colum. 3. de caus. possess. & propr. Si vero aga-  
tur † possessori recuperandæ, quia sit decimis spolia 29  
concludet ad restitutionem, juxta tex. in c. ad deci-  
mas, de rest. spol. in 6. & solet concludere ad remedium,  
reintegranda, 3. q. 1. ut ait Rebus. d. q. 9. num. 2. si de-  
num turbetur † quis in possessione percipiendi deci- 30  
nas, agit interdicto uti possidetis, seu retinenda, juxta  
adita per Fabr. & alios Doct. in §. retinenda, Instit. de  
interdictis, & in hac specie decimarum id docet Rebus.  
d. q. 9. num. 3. ubi etiam num. 3. dicit, quod hoc interdi-  
cto † agere poterit, licet ratione sui beneficii, omnes 31  
decimas adhuc non perceperit, sed aliquas tantum, ex  
quo per collationem beneficii, & apprehensionem  
possessionis est effectus possessio omnium rerum, &  
omnium suę curæ, & ecclesie; quin etiam hoc interdi-  
cto agere poterit † tam contra subditos recusantes sol- 32  
vere decimas, quam contra alios Curatos religiosos  
seculares, aut regulares, & generaliter contra quos-  
unque alios illum turbantes in dicta possessione, ut  
tradunt Host. & alii, in c. dudum, per illum textum, &  
de decim.

SECUNDA CONCLUSIO. Si agatur in petitorio  
ad decimas præteritas agi poterit rei vindicatione, ut 33  
est optimus tex. in c. moderamine, ibi, sibi vindicent, &

in c. revertimini ibi, quia fraudasti me parte mea, 16. q.

1. & in c. causa, de verb. sig. ubi in bonis ecclesiæ numerantur, & expresse tenet gloss. d. c. moderamine, &c.

vertimini, & alia gloss. in c. tua nobis, verb. tributa, m.

Abb. nu. 5. 7. 11. & 12. & ceteri, de decim. quæ gloss. a

perte dicit, hoc procedere, ubi etiam decima non sicut

34 gregata; cuius contrarium † late, & solidis sane ratio-

nibus tuerur Anastas. Germ. de sacr. immunit. lib. i. n.

14. n. 16. & duobus seqq. Rebus. d. tract. q. 3. nu. 16. q.

35 17. & q. 9. num. 6. & 4. seqq. ubi etiam probat, † deci-

marum dominium non transferri in ecclesiam, n.

post segregationem, licet contrarium in hoc con-

36 dat gloss. & Doct. d. c. tua nobis, ager ergo tūc cum de-

cima non est segregata ecclesia a cōtione † personali,

37 condicione ex lege canonica; quod si solum illi debo

aut ex consuetudine, ager † cōdictione ex lege con-

suetudinaria, ut docet Rebus. d. q. 9. n. 15. licet practi-

non soleant (ut idem ait) variare libellum sive ex con-

suetudine debeantur sive non.

38 Quando autem † actione confessoria, aut negoti-

ria, vel ex dolo agi possit in materia decimarum, quo-

niam non multum habent necessitatis, remitto te ad

not. per Roffred. in tractat. libell. jur. canon. in 4. part. in

rubr. qua actione dec. ret. & Rebus. d. q. 9. n. 11. 12. 13. q.

18. Ego hanc unam subdam conclusionem.

39 TERTIA CONCLUSIO. Si agatur † inter duas

ecclæsias de proprietate juris decimandi, tunc agitur

confessoria, quia de re incorporeli agitur; si vero con-

40 tra colementem prædium, tunc agitur † condicione ex

lege. Host. & Abb. d. c. tua nobis, post gloss. late Rebus. d.

n. 14. Et hæc sint satis de hac quæstione.

QUARTO TERTIO, An, & quando causa de-

marum sit summaria?

41 PRIMA CONCLUSIO. Si quæstio † sit inter de-

ricos, quibus de jure debentur decimæ, & eos qui so-

vere debent, causa est summaria: text. est in clem. di-

pendio, ubi gloss. in verbo, decimus, ubi ceteri Doct. d.

42 decim. Imo & procedi poterit † sine aliqua juris so-

lenni

lemnitate, ut post Zenzel. tradit Card. d. clem. num. 28.  
Imol. num. 7.

SECUNDA CONCLUSIO. Si quæstio † sit inter 43  
duas ecclesiæ de jure percipiendi decimas, tunc quo-  
que causa summaria est, ita gloss. per illum textum, in d.  
vers. decimus, quam ibi alii sequuntur, idem quoq; tenet  
Rot. Rom. decis. 14. num. 2. de jud. in no. Aſin. in praxi 1.  
p. 3. c. 31. nu. 12. Marant. in ſpec. aur. par. 3. diſtinct. 9.  
nu. 174. Zerol. in prax. Epifcop. verb. decimæ, vers. ad 6.  
Atque idem est † si una eārum agat ſolum ex conſue- 44  
tuine, ut post Io. An. & Pau. in d. clem. tenet Rot. d. de-  
cif. 14. num. 1. & 2. Ratio eſſe potest, quia conſuetudo  
† lex quædam eſt, & jus commune, c. conſuetudo, diſtin- 45  
gio. 1. cum ibi not. per Doctores, & in rubr. de conſuet.  
& ſic dīci non potest, quod decimæ comperant ex jure  
ſpeciali.

TERTIA CONCLUSIO. Si ſic quæſtio de decimis  
debitis ex pacto, pollicitatione, vel voto, tunc † cauſa 46  
non eſt summaria, gloss. d. verbo, decimus, & ibi Jo. de  
Imol. num. 4. & Card. nu. 19. dum ait, cauſam decima-  
rum eſſe ſpiritualem, licet debeatūr ex jure ſpeciali,  
ſed propter auctoritatem (inquit) glossæ, quæ a nemini  
reprobatur, communiter ſtatur ei.

QUARTA CONCLUSIO. Si quæſtio ſit † inter 47  
laicos etiam de decimis ecclæſiasticis, tunc cauſa non  
eſt summaria, nec habet locum clem. diſpendiosam; ita  
in terminis Rot. Rom. d. decis. 14. nume. 1. & colligitur  
aperte ex gloss. & Doct. d. clem. diſpendiosam, tenenti-  
bus, locum † eam non habere, ubi decimæ debentur 48  
ex jure ſpeciali, non autem communī. Declara ramen  
hoc non procedere † quando agitur de ſucceſſione 49  
feudi antiqui decimarum, ut post Rot. decis. quadam 50  
tradit, & defendit late Card. d. clem. num. 21. ex eo ma-  
xime, quia cauſa feudi decimarum eſt de decimis anti-  
quitus debitibus de jure communī, licet tale jus ſit tran-  
ſlatum in vasallum, qui † debet uti eodem priuilegio, 50  
l. qui in jus. ff. de regul. juris, & t. qui in jus. eodem tit. in  
l. & hoc etiam tenet Bened. Capra repet. d. clem. nu. 17.

51. **QUINTA CONCLUSIO.** Contra † advocatos, & alios detinentes & impedientes, ne decimæ solvantur, similiter procedi potest summarie; ita Marant. l. num. 174. Card. d. clem. n. 23. post Laud. licet Imol n. 8.

52 pro contraria sententia illum citer, cui † ipse adhæret, ex eo, quod tunc non agatur immediate ad decimas, sed ad interesse ratione decimarum, quod etiam sequitur Capra, ubi sup n. 20.

53. **SEXTA CONCLUSIO.** Si quæstio sit † cum ali. quo Priore rurali, qui excolebat aliquas possessiones sui prioratus sitas in alterius parochia, & retinet eam decimas, quia inquit esse de dote ecclesiæ, juxta cap. novum genus, de decim. secundum unum intellectum, quem tamen nos alibi reprobavimus, vel quia sunt novalia propriis manibus culta, juxta c. ex parte, sl. 1. de decim. & Rector petat eas decimas, tunc causa est summaria, ut post Guil. Laud. d. clem. dispensiosam, not. Imol. n. 8. Card. n. 24. Capr. n. 20. quoniam contra hujusmodi religiosos est jus cōmune, c. 2. §. ceterū, de decim. in 6. Secus vero inquit Card. post Laud. loco cit. si talis Prior intervertendo possessionem dicat ad se jus percipiendi pertinere ex privilegio, vel præscriptione, in quo tamen † contrarium, & verius tenet Imol. & Capra loc. cit.

De decima Papali, aliisque casibus specialibus videre poteris apud Doct. cit. aliquid nos inf. cap. 9. q. ult. 55 in fin. Quid vero importet † causa summaria, & de modo in ea procedendi recurrere ad clem. s̄pē, cum ibi not. maxime per Narr. de verb. signif.

**QUÆRO QUARTO.** An causa decimarum sit exterritoria, hoc est, An possit incipi à precepto, deturq; appellatio, necne.

PRIMA CONCLUSIO. In materia decimarum, si 56 Rector † agat contra subditum ad decimas non solatas, incipi potest à præcepto cum monitione sub excommunicationis poena, ut intra tot dies solvisse debat tantam summam decimarum Rectori; ita gloss. d. clem. dispensiosam, in vers. præmoniti, & post Laud. genet

tenet  
4. Cap  
iam d  
Doct.  
de deci  
incipi  
idem  
modo  
pro de  
S E  
solutio  
culare  
homic.  
d. q. ult  
T s  
solven  
multip  
decim.  
ri, & R  
16. ubi  
par. 6. i  
in quib  
script. e  
sionen  
clausu  
nobis, i  
153. pr  
causa c  
d. c. tue  
cus sol  
& non  
legata  
tioner  
potest  
non il  
divini  
do, sec  
ut adi

tenet Card. *ibidem* nu. 27. *Imol.* num. 10. *Anchar.* num. 4. *Capr.* num. 22. ubi etiam tradunt formam. Idem etiam de decimis in futurum solvendis, tradunt iidem *Doct. locis citatus*; & hoc est quod voluit *Rebuf. d. tract. de decim. q. fin. num. 23.* dum ait in materia decimarum incipi posse à p̄cepto, per c. p̄venit, de decim. quod idem tenet *Collect. in c. pastoralis, in fin. eodem.* Quomodo vero excommunicatio possit ferri, vel fulminari pro decimis, fusius explicabo q. seq.

SECUNDA CONCLUSIO. Contra pertinaces in solutione decimarum † invocari potest brachium secularis; ita *gl. d. clem. in verb. coērceri. per c. postulaſti, de homic. quam ibi sequitur inter ceteros* *Imol. n. 12.* *Rebuf. d. q. ult. n. 18.*

TERTIA CONCLUSIO. Subditi cogendi sunt ad solvendas decimas † appellatione remota; *tex. in c. ex 58 multipliſi, & c. tua nobis, ubi Abb. num. 8. & ceteri, de decim. & not. gloss. d. clem. diſpendioſam, in verb. coērceri, & Rebuf. d. q. ult. nu. 21. Trivis. deciſ. Venet. 29. num. 16. ubi inter ceteros* *Imol. nu. 12.* *Marant. in ſpecul. aur. par. 6. tit. de appell. num. 304. post Specul. tit. de appell. §. in quibus, vers. 4. Marchesan. in tractat. commiſſ. ſeu reſcript. c. 4. nu. 15. & 25. par. 2. ubi etiam dicit, commiſſionem appellationis in cauſa decimarum detur cum clauſula, ſine retardatione. Sed quoniam gloss. d. c. tua nobis, in verb. tributa, Tiraq. in tract. de priv. pie cauſ. 153. privileg. & alii dixerunt, appellationem admitti in cauſa decimarum: Ideo diſtinguendum eſt cum Abb. d. c. tua nobis, num. 9. & aliis Doctoribus, quod aut laicus ſolum allegat p̄ſcriptionem, vel cōſuetudinem, & non admittitur appellatione, & ſic procedunt jura allegata; aut † allegat privilegium Papæ, vel compoſitionem legiſtiam, & admittitur, ſicque procedere potest dictum gloss. & ſequacium. Ratio † diſeritatis 59 non illa eſt, quam afferit Abb. loco cit. quia contra iuſ diuinum non admittitur p̄ſcriptione, aut consuetudo, ſecus autem fit in privilegio & compositione; Nam ut admittamus compositionem ab aliquo fieri poſſe,*

Q. 5. etiam

etiam de iis quæ sibi debentur de jure divino, certe he-  
que privilegium valer contra jus divinum, ut suprat.  
5. concl. 2. demonstravimus, neque decimæ omnino de  
jure divino sunt, ut sepius in hoc tractatu ostendimus;  
sed illa ratio esse potest, quia favorabilius est privile-  
gium, & compositio, & facilius probari possunt, quam  
præscriptio, vel consuetudo.

## QUARTA CONCLUSIO. Debitor decimarum

61 non potest † prætextu ejus, quod sibi debetur, decimus  
denegare, cum in futuris decimis non admittatur co-  
pensatio, ut post gl. in c. decima. 16. q. 1. & alios late tra-  
62 dit Rebus. d. tract. q. ult. num. 19. Imo neque † proper  
sterilitatem, ut fuse ostendit idem numer. 12. & Vivi. in  
communi opin. 153. ver. consuetudo non solvendi.

QUÆRO QUINTO. Quibus pœnis afficiantur non  
solventes decimas?

Omissis aliis pœnis, & incommodis, quibus affici-  
63 untur † non solventes decimas, de quibus per Host. in  
summa, tit. de decim. Doct. in c. fin. de decim. in 6. clem. 1.  
c. 1. & c. revertimini, 16. q. 1. & toto tit. ex eodem. Rebus.  
d. tract. q. ult. & Andr. Hisp. d. tract. reg. decimarum. q.  
2. & 9. Anast. Germon. in iam sapientis alleg. tract. de sato.  
immunit. c. 19. num. 100. & 101. & Petrus Greg. Tho-  
los. in prælud. optimi Iuriscons probiq. magist. libr. 2. cap.  
25. Ego contentus ero duabus pœnis canonicis excom-  
municatione nimicum, & privatione ecclesiastica se-  
pulturæ, de quibus aliquot constituam conclusio-  
nes.

## PRIMA CONCLUSIO. Non solvens decimas, cum

64 teneatur, excommunicari † potest, ac debet; tex. int.  
omnes decimæ, 16. q. 7. c. statuimus, 16. q. 1. c. pervenit, c. ad  
huc, c. ex parte, il. 2. c. in aliquibus, & c. cum non sit, de de-  
cim. clem. dispendiosam, de jud. & novissime in Concil.  
Trident. sess. 25. o. 12. de refor. in quibus omnibus jur-  
ibus cum pœna excommunicationis solum commina-  
ta sit, neque alibi reperiatur ipso jure proposita, dicen-  
65 dum † necessario est, non solventes decimas non esse  
ipso jure excommunicatos, quicquid dicere voluerit

Rebus 7

Rebus d. q. ult. n. 15. & Hispan. d. q. 2. num. 2. per c. 2. de rebus eccles. non alien. in 6. ubi tamen nihil habetur de decim. sed solum excommunicantur laici, qui † com- 66  
pulerint Prælatos ad submittendum bona immobilia,  
& jura ecclesiæ laicis ipsis. Neque concludit illa ratio,  
quam iidem afferunt, quod sacrilegus † est excommu- 67  
nicatus, c. canonica, 11. q. 3. & c. omnes ecclesiæ, 17. q. 3. de-  
tinens autem decimas † sacrilegii crimen committit, 68  
c. in canonibus, 16. q. 1. & c. 1. 16. q. 1. quare erit is ipso ju-  
re excommunicatus; Nam neque sacrilegi omnes sunt  
ipso jure excommunicati, sed solum violatores eccle-  
siatum; quomodo loquuntur dicta jura, & not. gloss. d. c.  
canonica, neque decimas denegantes sunt propriæ sa-  
cralegi; cum quia illa jura loquuntur de dispensanti-  
bus decimas præter Episcopi conscientiam, & de laicis  
possidentibus decimas, hoc est, jus decimandi, tū quia  
impropriæ sacrilegium committere dicuntur, ex eo,  
quia non aliquid ecclesiæ proprium detinent, sed so-  
lum illi debitum, ut loquitur tex. in c. parochianos, de  
decim. Neq; sunt ecclesiæ quoad dominium, nisi post  
separationem, ut ex eodemmet Rebus. ostendimus hoc  
eod. cap. q. 2. concl. 2.

**SECUNDA CONCLUSIO.** Excommunicatio hæc  
ferri debet † monitione præmissa; ita disponit tex. in d. 69  
c. omnes decima, 16. q. 7. & c. per venit, de decim. not. gloss.  
fin. in c. tua nobis, eodem, gloss. in clem. dispensiosam, in  
verb. præmoniti, & verb. coerceri, ubi ceteri de judic.  
Marches d. c. 4. nu. 2. post Abb. in c. per venit, nume. 3. &  
ibi Anchar. de decim. Et regula est in c. sacri. ubi Doct. de  
sent. excom. quod † sententia excommunicationis ferri 70  
non debet, nisi præmissa canonica monitione, & com-  
petenti, † quæ trina est, c. contingit, il. 2. eodem, cum con- 71  
cord. ibi positus, cum aliquo dieturum intervallo, nisi ali-  
ter necessitas postulet, ut disponitur in c. constitutio-  
nem, eod. tit. in 6.

**TERTIA CONCLUSIO.** Quamvis in his literis  
communioris excommunicationis non teneatur ju-  
dex † apponere clausulam illam, nisi causam rationa- 72  
bilem

bilem volueris allegare, ut post Laud. tradit Card. d.

73 clem. num. 28. debet tamen † vel recipere aliquam in-  
formationem, quod possessiones sint in parochia, ut  
post Laud. docet idem Card. d. clem. num. 27. vel forma-  
bit literas conditionales, ut quia in iis narretur, deci-  
mas non esse solutas, & subjicietur, quod si verum  
est, monet, ut solvat tam præteritas, quam futuras, cum  
tempus erit, alias excommunicabit, & adjiciat clausu-  
lam, quod si senserit se gravatum, veniat ad docen-  
dum, &c. ut tradit Card. d. nu. 28. Alia de his literis vi-  
dere poteris apud Doct. d. clem. dispensiosam.

QUARTA CONCLUSIO. Is, qui solvere teneruntur

74 decimas, neq; eas solvit, aut restituit ecclesiæ, † debet  
ecclesiastica sepultura privari; tex. in c. prohibemus, de  
decim. ubi gloss. Abb. & alii, qui tamen textus potius  
loquitur in laicis sibi usurpantibus jus decimandi, sed  
de non solventibus apertet enet Rebuf. d. tract. de decim.  
q. ult. nu. 16. Andr. Hispan. d. tract. reg. decim. q. 2. nu. 8.  
Et ratio esse potest, quia eas derinent cum animarum  
periculo, ut dicitur in d. c. prohibemus, & c. 1. 16. q. 7. &  
notorie delinquunt, ut notant Doct. in d. clem. dispen-  
siosam, qui autem in notorio peccato, & publico dece-  
75 dit, † privandus est ecclesiastica sepultura, opt. tex. in c.  
pro obeuntibus. ubi gloss. 13. q. 2. alia gl. in c. non astime-  
mus, verb. omnibus, ead. ca. & q. & in c. ex parte, il. 2. ubi  
Io. An. & in c. ex parte, il. 1. de sepult. Hispan. d. tract. vers.  
decima est iure naturali, n. 18.

QUÆRO ULTIMO, An superior, & judex proce-  
dere possit ex officio in causa decimarum?

PRIMA CONCLUSIO. Judex potest ex officio  
76 procedere † contra non solventem decimas, tanquam  
contra notorie delinquentem; ita Anch. d. clem. dis-  
pensiosam, num. 4. Imol. num. 7. Card. numero 28. Capr.  
nu. 23. sumet tamen prius informationem, quod talis  
sit subditus, & quod illa prædia sita sint in parochia il-  
lius Rectoris; ita Imol. & Capr. locis citatis.

SECUNDA CONCLUSIO. Visitator si Episcopus  
77 sit, sive Episcopus in visitatione, † poterit cogere sub-  
ditos

ditos ad solvendum parocho decimas ; colligitur hoc  
rum ex præcedenti conclusione, tum ex traditu per Fusc.  
in tract. de visit. 2 parte, c. 2. nu. 26. Lal. Zecch. in tract.  
de Episcopo, cap. 6. nu. 37. Soc. eodem tractat. de visit. sub  
num. 28. & Franc. Pavin. in consimil. tract. de visit. q. 5.  
num. 96. & seqq. & q. 8. num. 17. & 18. in parte, quod  
idem erit in visitatore ab Episcopo deputato ex justa  
causa, juxta notata per Zecch. d. c. 6. numer. 2. Pavin. d.  
tract. q. 2. nu. 44. & seqq. 1. parte, id quod in specie ad-  
notavit Paulus Salodius, vir magnæ eruditionis, & in-  
tegritatis, prius defunctus, quam ejus collega fuerim  
in hac Metropolitana Mediolanensi ecclesia; is inquam,  
in sua pulcherrima praxi visitationis, par. 2. c. 7. ubi et-  
iam tradit, quomodo ea in re gerere se debeat visita-  
tor. Ratio est, quia visitatori incumbit † correctio 78  
excessuum & omnimoda solicitude cleri, & populi  
diligenter visitandi, ut late tradit idem Pavin. d. 1. par.  
q. 1. num. 9. 12. 13. & seqq. puto tamen id procedere, † 79  
ubi notorie constaret, subditos ad decimas teneri, ne-  
que ullam rationabilem causam allegarent, tunc enim  
cum res altiorem requireret indaginem, diligentius es-  
set cognoscenda, vel etiam ad Episcopum, aut ad sum-  
mum Pontificem deferenda, ut colligitur ex Salod. loc.  
cit. & monet Fuscius d. c. 2. n. 26. & c. 21. n. 40. ex mente  
S. Thome & aliorum.

**TERTIA CONCLUSIO.** Poteſt, & debet Episco-  
pus, † ubi redditus ecclesiæ parochialis adeo exigui 80  
ſunt, ut debitis nequeant oneribus ſatisfacere, ſi per  
benificiorum ſecularium unionem id fieri non poſſit,  
eos ſufficienter augere poterit ex primitiarum, obla-  
tionum, aut decimarum assignatione, parochianorum  
collectis, aut alia, quæ illi commodior videbitur ra-  
tione, ut diſponitur in Concil. Trident. ſeff. 24. c. 13. de re-  
form. quod etiam locum habebit, non obſtantे qua-  
cunque exceptione exemptionis, aut privilegii, etiam  
juris decimandi, ut eſt optimus rex. in c. 2. §. ubi autem,  
cum ibi not. de decim. in 6.

Par ratione, cum ecclesia † longe diſtar à parochia- 81  
nis,

nis, ita ut ipsam non possint sine magna difficultate adire, potest novam ecclesiam commodiorem intra ejus fines Episcopus aedificare, & in ea sacerdotem, sublato appellationis obstaculo ad præsentationem Rectoris ecclesiæ majoris, instituere ad sustentationem suam illius villæ obventiones ecclesiasticas perceptum, ut est tex. ad literam, in c. ad audientiam, il. 1. de eccl. adi, ubi per obventiones ecclesiasticas possunt commode intelligi decimæ, prout colligitur ex gloss. & Doct. ibi, & Abb. in c. novum genus, quod est 2. num. 7. de decim. dum ad materiam decimalē quærens, & tradens, quibus solvendæ sint decimæ, allegat tex. d. c. ad audientiam; & quamvis tex. ibi loquatur, ubi antiquæ ecclesiæ Rector commode sustentari potest sine redditibus, & proventibus oppidi, in quo constituenda est ecclesia, & gloss. ibi in verbo, convenienter, dicat, quod alias id non permitteretur; tamen idem dicendum putto in eo quoque casu, cum jure novo Concil. Trident. provisum sit exiguitati redditum ecclesiæ, modo, quo supra diximus, nimirum assignando, ubi opus sit decimas pro sustentatione Rectoris, & ut possit debitis oneribus satisfacere: quod etiam sentire videtur Card. consil. 26. num. 2. & satis colligitur ex d. c. 2. §. ubi autem, de decim. in 6. quo loci jubetur ordinariis locorum, ut ordinent, quod etiam privilegiati super decimis recipiendis gratis assignent ecclesiis parochialibus eam portionem de earum proventibus, ut inde & competentem sustentationem habere, & debita onera valeant supportare. Atque hæc de decimis, quas spirituales vocant, dicta sint satis.

## S U M M A E R E R U M.

- 1 Decima Papalis originem habet à lege veteri, habetq; similitudinem cum ejus legis præcepto.
- 2 Beneficiati tenentur solvere decimam ex beneficio summo Pontifici eam exigenti. Ratio num. 3.
- 4 Causa, ob quam decima Papalis imponitur, debet esse

esse justa. Iusta autem in dubio presumetur. numero 5.

- 6 Decima beneficiorum concedi possunt laicis per summum Pontificem.
- 7 Laici decimas super beneficiis imponere non possunt: neq; inferiores. Pralati num. 9.
- 8 Laici exigentes ab ecclesie, ecclesiasticisque personis, earumve bonis tales, collectas, aut decimam, seu aliquam partem honorum sunt excommunicati.
- 10 Episcopus potest imponere, & exigere à beneficiis charitativum subsidium.
- 11 Concilium Constantiense quid de decimis Papalibus decernat.
- 12 Denunciari an debeat impositio decima Papali, & num. seqq.
- 13 Debitorian debeat denunciari, ut solvat. & cap. 6. numero 23.
- 14 Papa est supremus judex, & ordinarius.
- 15 Charitativum subsidium si ab Episcopo exigatur, & generalis subsidium à Papa, utrique prestandum erit. & si utrique non possit, prestabitur Papa. numero 16.
- 17 Decima Papalis solvitur de beneficiis, & num. seqq.
- 18 Privatio presupponit habitum.
- 19 Decima Papalis solvitur de omnibus beneficiis, ecclesiasticis redditibus.
- 20 Capella subjacent decima Papali.
- 21 Capella sunt beneficia ecclesiastica.
- 22 Canonicatus subjacent decima Papali. & num. 69.
- 23 Canonicatus sunt beneficia ecclesiastica.
- 24 Ecclesia cathedralis, Metropolitana, & Patriarchales subsunt decima Papali.
- 25 Plura habens beneficia in pluribus civitatibus, & dioecesibus, de omnibus solvet decimam Papalem.
- 26 Pralati, & clerici exules de suis proventibus ecclesiasticis decimas Papales persolvent.
- 27 Extrava. unic. de decim. in commun. que est Bonif.

256 ALEX. MONET. TRACTAT.

- 28 Extravagans inserta in corpore iuris vim legibus habet; & sententia contra eam lata est nulla.
- 29 Papa respondendo, & definiendo super casu particulari, canonem & legem condit.
- 30 Extravag. un. de decim. nunc quoq; allegari possunt pro decisione.
- 31 Proventus, & redditus leprosariarum domorum Dd. & hospitalium pauperum non subjacent decima Papali. Quid vero de redditibus, qui superfluit ultra usus pauperum, & infirmorum num. 32.
- 33 Hospitalia pauperum & infirmorum, nomine beneficiorum proprie non comprehenduntur.
- 34 Hospitalia in beneficium non conceduntur: secus in hospitalibus militarium ordinum, aut aliorum religiosorum. num. 35.
- 36 Redditus hospitalium militarium ordinum, aut aliorum religiosorum an subjaceant decima Papali.
- 37 Moniales, aliaq; Regulares persona an solvant decimam Papalem.
- 38 Beneficia tenuia an subjaceant decima Papali.
- 39 Redditus ecclesiastici non excedentes summam annuam septem florenorum auri, decima Papal non subsunt. Secus si plura quis habeat beneficia, quae singula dictam summam non attingunt, simul autem collecta excedant. 40.
- 41 Pitantia monachorum non subsunt decima Papali.
- 42 Pitantia quid sint.
- 43 Relicta ecclesiae, ut ex iis emanentur perpetui redditus, non subjacent decima Papali: Secus in aliis legatis factus Pralatis ratione ecclesiarum, vel officiorum. 44.
- 45 Xenia Pralatis liberaliter facta non subsunt decima Papali.
- 46 Xenia quid sint, & unde dicantur.
- 47 Sylva an, & quomodo subjaceant decima Papali, & num. seq.

48 Af-

48 Aj  
49 Pe

50 St

51 El

52 Re

53 Cle

54 Vic

55 Gr

56 Ob

57 Exp

58 E

59 D

60 Pro

61 Pro

62 De

63 Mol

64 Frue

65 L

66 q

67 Frue

68 M

- 48 *Affisa quid sit.*
- 49 *Pisces stagnorum, vel bellua garenaru, an, & quando decimentur a Papa.*
- 50 *Stagnorum, & pisciarum decima Papalis quando, & quomodo solvatur.*
- 51 *Eleemosyna, & oblationes an, & quando subjaceant decima Papali.*
- 52 *Rector parochialis, qui necesse habet conducere plures Capellanos, an de eorum solario, aut victu solvat decimam Papalem.*
- 53 *Clericus, qui per vicarium, vel firmarium ecclesiae sua servit, in eave residet, quomodo decimam Papalem solvet.*
- 54 *Vicariorum, & coadjutorum materia, remissive.*
- 55 *Grangia quid sint.*
- 56 *Obtinentes prioratus, grangias, domos, redditus, pensiones, vel census ab ecclesie seu monasterio an, & quomodo decimam Papam solvant.*
- 57 *Expensae monachorum, qui ex pacto ab obtainentibus Prioratus, grangias, & hujusmodi ex gratia tenentur, deduci non debent in solutione decima Papalis. Secus in obtainentibus ad justam firmam annuam. num. 58.*
- 58 *Procurationum decima an, & quando Papa sit exhibenda.*
- 59 *Procurationum materia, remissive.*
- 60 *Decima Papalis solvitur quoque de iis, qui consistunt in jurisdictione, mero imperio, regalibus, & similibus, deductis salariis moderatis iudicium & officialium, ac similiis personarum, sine quibus jurisdictione, & alia predicta nequeunt expendi. Secus in expensis, que sunt in vestibus, ac victualibus officialium, aut circa familiam Praetororum. num. 62.*
- 61 *Molendinorum, & furnorum seu potius reddituum, que ex illis percipiuntur, decima Papalis prastatur.*
- 62 *Fructuum arborum, & hortorum decima Papa exhibetur.*

- 65 Decima Papalis quomodo præstetur de his, quicon-  
sumuntur usu, vel e su animalium. 81 Quo  
66 Beneficia unita subjacent decima Papali, sive pri-  
cipaliter, sive accessorie uniantur, sive alias qu-  
modocunq;. 84 Anni  
67 Decima Papalis imposta in una dioecesi solvetur  
fandis beneficii illius dioecesis positis in aliu dio-  
ecibus, & num. seq. 85 Ann  
68 Decima Papalis est onus reale ecclesiarum, non pra-  
diorum impositum personis ecclesiasticis pro ipsi  
ecclesiis. 85 Quo  
69 Canonicatum decima Papa exhibenda est. 85 Quo  
70 Canonicis tenentur residere. 86 Color  
71 Mensa grossa ut plurimum distinguitur a præbenda  
& quotidianis distributionibus. Aliquando tu-  
men succedit loco præbendarum. num. 72. Ali-  
quando de ipsa mensa grossa solvuntur distri-  
tiones. num. 73. 87 Pens  
72 Mensa grossa canonicorum subjacet decima Papali,  
ubi ea massa succedit loco præbenda, quamvis de-  
cima absolute imponatur super beneficiis. 87 Pens  
73 Subrogatum sapit naturam ejus, in cuius locum sub-  
rogatur. 88 Pens  
74 Mensa grossa, que in distributiones quotidianas de-  
stinata est, tunc saltem subjacet decima Papali  
cum ea imposta est super quibuscumq; proventi-  
bus ecclesiasticis. 89 Pens  
75 Quotidiana distributiones subjacent decima Papali,  
ubi ea imposta est super omnibus beneficiis,  
quibuscumq; proventibus ecclesiasticis. Idem ul-  
timum imponeretur super redditibus, & obventionibus  
ecclesiasticis. num. 79. Secus ubi dumtaxat im-  
poneretur super beneficiis, vel eorum fructibus  
num. 81. 90 Pens  
76 Nomen proventus, generale est, & comprehendit  
omnem redditum undecunque nobis obven-  
tem. 91 Pens  
77 Obventionis, & redditus nomen satis generale est.  
82 Quo

81. Quotidiana distributiones nomine beneficii non veniunt; neq; nomine fructuum illius, aut in ejus valore computantur. num. 83.
84. Anniversaria, seu Mortuaria an subjaceant decima Papali.
85. Anniversaria non computantur in redditibus, seu valore beneficii; neq; in Bulla veniunt nomine proventuum, fructuum, reddituum, jurium, emolumentorum canonicatum, neq; etiam distributionum quotidianarum.
85. Quotidianarum distributionum nomine quid veniar.
86. Colonus, cui in contradicione aliqua gratia scienter non est facta, non tenetur ad decimam Papalem, sed eam solvet proprietarius.
87. Pensionarius tenetur pro rata pensionis ad decimam Papalem exhibendam, ex communi contra aliquos. Idem in charitativo subsidio. num. 88.
88. Pensionarius tunc non tenetur ad decimam Papalem, ubi pensio constituta fuit libera ab omni onere etiam decima. Secus si privilegium sit solum generale. num. 90. Aut si ei exemptioni per Papam derogetur cum clausula quorum tenores, &c. num. 91.
89. Clausula, quorum tenores pro expressis habentur, quam vim habeant.
90. Pensionarius exemptus ab onere solvendi decimam non potest cogi a collectore habente auctoritatem eam exigendi a quibuscumq; personis, non obstantibus quibuscumq; privilegiis.
91. Pensionarius non poterit molestari a collectore, qui exigit integrum decimam a Rectore beneficii.
92. Semel decimatum non debet amplius decimari; & semel exactum non debet amplius exigi.
93. Rector beneficii, qui integrum decimam solvit, potest uti retentione erga pensionarium.
94. Pensionarius tunc non tenetur ad decimam Papalem, cum pensio non excedit summam septem du-

- catorum. *Nisi plures pensiones quis obtineret  
qua simul juncta eam summam excederent. num.  
98. Id vero procedit etiam si fuisse talis pensio-  
signata in beneficium. num. 99.*
- 100 *Pensio assignata ob remunerationem laborum,  
obsequii etiam praestandi, non subjacet deinde  
Papali.*
- 101 *Cardinalis pensionarius an teneatur ad decimam  
Papalem, & num. 110.*
- 102 *Excommunicatio lata à collectore contrapensionis  
rium exemptum ob non solutam decimam Papalem,  
est ipso jure nulla. Idem in religiosis exem-  
ab ejusmodi solutione. num. 103.*
- 104 *Excommunicatio lata à Prelato exigente procul-  
tionem, vel ultra iuris formam, vel contra speci-  
le privilegium sedis Apostolicae, est nulla.*
- 105 *Privilegiatus, ut non solvat decimam Papalem  
collectore cogatur solvere, & solvat cum protec-  
tione, quod intendit non prejudicare suo privi-  
legio, talis protestatio eum juvat. Idem in privili-  
giato, ne solvat charitativum subsidium. num.  
106. Idem ubi nulla protestatio accessit, sed pro-  
vim exorta fuit solutio. num. 107.*
- 108 *Privilegiatus ne solvat decimam Papalem, si sol-  
vat sponse aut sine ulla protestatione, aut tunis  
prejudicet.*
- 109 *Privilegio an renunciare quis censeatur per  
cum actum contrarium.*
- 110 *Cardinales non tenentur solvere decimam Papalem de suis beneficiis. Idem in charitativo sub-  
dio generali imposito à Papa. num. III.*
- 112 *Cardinales in materia praecipue penali, & revo-  
atoria privilegiorum non comprehenduntur in ge-  
nerali constitutione Papa, neq; in regulis cancellariae. num. II.*
- 114 *Cardinales sunt pars corporis Papa; & dicuntur  
lii primi gradus. num. II. & à summo Pontifici  
vocantur filii, sicut Episcopi fratres. num. II.*

117 Tr

- 117 Tributa non exiguntur à filiis, sed ab alienis.
- 118 Cardinales an generali constitutione comprehendantur.
- 119 Cardinales an teneantur ad generale subsidium.
- 120 Favor si. le maximus est.
- 121 Favorabilis dispositio comprehendit etiam Cardinales.
- 122 Clausula, cuiuscunq; status, gradus, præeminentiæ, vel dignitatis existant, comprehendit etiam S. R. E. Cardinales.
- 123 Cardinales hodie semper eximuntur à solutione decimarum Papalium.
- 124 Collectores, aliiq; officiales deputati ad exigendas decimas Papales in aliquo loco non tenentur ad decimam beneficiorum, qua& ibi habent; sicut in charitativo subsidio.
- 125 Argumentum à charitativo subsidio ad decimum Papalem jure procedit.
- 126 Decima Papalis munus, seu onus extraordinarium est, ac patrimoniale. num. 146.
- 127 Munus ordinarium quod sit.
- 128 Exemptus simpliciter intelligitur saltem exemptus ab oneribus extraordinariis.
- 129 Officiales, & collectores sunt immunes à solutione extraordinarii oneris.
- 130 Portio exemptorum à solutione decima Papalis an, & quomodo accrescat reliquo clero, cum quo Camera convenit de certa summa, & num. leqq.
- 131 Exemptio aliquorum non liberat universitatem ab onere etiam ad ratam.
- 132 Exemptio aliquorum si universitatem nimis gravat, quid faciendum.
- 133 Motus proprius quos pariat effectus.
- 134 Clausula, ex certa scientia, effectus.
- 135 Divisio decima convente quomodo fiat inter clericum, remissive.
- 136 Episcopus una cum clero potest ad sui prajudicium aliquos eximere à solutione decima Papalis.

137 Excommunicatus, & intrusus an teneantur ad decimam Papalem.

138 Successor in beneficio, an predecessor, ejusq; heredita neantur ad decimam Papalem.

139 Componere non potest collector decimarum Prelum sine speciali mandato cum iis, qui solvent, de certa aliqua summa. Nisi haberet generale mandatum cum libera. num. 140. Vel ne compositio tenderet ad commodum Papa, semper. num. 141. Quod multo fortius possumus merarius Papa. num. 142.

143 Princeps secularis, cui Papa concessit decimas beneficiorum sui dominii, licite potest componere cum beneficiatis super solutione decima.

144 Distributio oneris decima Papalis quomodo facienda inter non exemptos, & num. scqq.

145 Solutio veri valoris beneficiorum cum plures du ma imponuntur, quomodo fiat.

146 Solutio decima Papalis regulariter fieri debet in ratam beneficiorum.

147 Solutio decima Papalis fieri debet in pecunia.

148 Solutio decima Papalis fieri debet in moneta currenti in locis reddituum, de quibus solvenda est. Neq; cogetur quis eam cambire, num. 149. Quod autem si duas moneta pariter currant eo loco, inter ave magis. Aut si post tempus impositionis, aut privilegii mutetur. num. 150.

151 Taxa attendi non debet in solutione decima, ubi Papa eam imponit, & expresse colligi vult non attuta ullataxa. Secus si simpliciter imponatur super beneficium, eorumque fructibus. num. 152.

153 Taxa consueta dicitur, quae est legitime prescripta per 40. annos: & ratio, num. scqq.

154 Prescriptio legitima in rebus ecclesiasticis est quod dragenaria.

155 Consuetudo prater iis, quae tangit iura ecclesiastica, requirit 40. annos.

156 Prescriptio centenaria cur non requiratur in taxa

decima Papalis, cum alioqui ea necessaria sit contra Romanam ecclesiam.

157 Taxa, qua non sit observata per 40 annos, neq; beneficiati, neq; Camera Apostolica in exactione decima tenetur stare.

158 Consuetudo per unicum actum non inducitur.

159 Consuetum an pluribus vicibus aumtaxat verificetur.

160 Vnicus actus, post quem transacti sint 40. anni, facit taxam consuetam, & num seqq.

161 Observatio ultima an attendatur, & num. 158.

162 Manutenendus quisq; est in sua possessione.

163 Vnicus actus sufficit, ut quis in sua possessione manuteneatur.

164 Beneficium semel taxatum ab habente potestatem taxandi, habetur pro taxato, nisi interveniat actus contrarius.

165 Beneficium consuetum clericis secularibus assignari quodnam dicatur.

166 Vnicus actus successivus consuetudinem inducit.

167 Taxatio facienda est in exactione decima Papalis, ubi non sit facta, & quomodo ea fiat, n. 168. & seqq.

168 Taxatio an procedere debeat juramentum.

169 Vocandi sunt ad taxationem decima Papali omnes, quorum interest.

170 Taxari possunt a collectore beneficia non taxata ab aliquo speciali mandato.

171 Compensatio opponi potest in exactione decima Papalis, & num seq.

172 Compensatio quando obiciatur Fisco.

173 Aes alienum non deducitur in solutione decima Papalis.

174 Superiori census solvi debet ante omnia.

175 Expensa necessaria, qua sunt gratia colligendorum fructuum deducuntur in solutione decima Papali.

176 Expensa, qua sunt in castrorum custodibus, aut aedificiis construendis, vel conservandis, non deducuntur ex decima Papali. Item nec illa, qua pro villis tuendis sunt in guerris, seu cavalcatu. du-

- 178 Item illa, qua sunt professatis, reparacionibus molendarum, & similibus num. 179. 200
- 180 Expensa deducenda in solutione decimorum Papalium, remissive. 202
- 181 Collector decimorum Papalium est judex, habens jurisdictionem. 203
- 182 Procurator fisci utitur jurisdictione, & officio iudicandi. 204
- 183 Stylus curia Romana attendendus est. 205
- 184 Collector Papae deputatur cum facultate exercendi censuras. 206
- 185 Censura ferri non possunt, nisi ab habente jurisdictionem. 207
- 186 Collector est judex delegatus, non autem ordinarius. 208
- 187 Legatorum jurisdictione in omnibus concurrit cum ordinariis. 209
- 188 Collectores improprie vocantur nuncii sedis Apostolice, & gaudent aliis privilegiis, & honoribus. 210
- 189 Delegati ad universitatem causarum dici possunt ordinarii. Secus si ea universitas sit personarum, non causarum. num. 190. 211
- 191 Delegatus potest compelli ad recipiendam delegationem. 212
- 192 Collectoria, & subcollectoria officium confertur in invitum. 213
- 193 Collector Papae quandonam potest dici negotiorum gestor. 214
- 194 Laicus non potest esse collector Papae cum facultate censurandi. 215
- 195 Laicus non est capax jurisdictionis ecclesiastice, neque potest exercere censuras. Neg. esse vicarius Episcopi. num. 196, & an ex licentia Papae num. 197. 216
- 198 Laicus num possit deputari collector cum facultate exercendi censuras ex certa scientia Papae. 217
- 199 Laicus potest deputari nudus exactor decimorum Papalium. 218
- 200 Coll.

- 200 Collector Papa debet transcendisse 18. annum etatis. Idem in delegato. num. 201.
- 202 Collector decimorum Papalium debet esse persona qualificata, juxta tex. in cap. statutum, § 1. de rescript. in 6. & clem. et si principalis, de rescript. Idem in subcollectore, in quem translata sit tota potestas. num. 203. Secus ubi utriq; demandatum fuisse nudum ministerium. num. 204.
- 205 Collector Papa potest sine speciali commissione deputare subcollectorem. Imo & plures nisi ei fuerit limitata facultas ad unum. num 206. Quin etiam si limitata fuerit ad unum, poterit plures successive substituere. num. 207. Sed tunc unum substituendo, alter revocaretur. num. 208.
- 209 Delegatus Principis potest subdelegare.
- 210 Procurator sive generalis ad negotia, sive specialis ad aliquem actum, sive effectum potest substituere.
- 211 Collector Papa non potest deputare subcollectorem, ubi in commissione essent aliqua verba, per quae colligatur electam fuisse industriam personae, & num seqq.
- 212 Industria persona per qua verba censeatur electa.
- 213 Industria persona electa censemur in magno, & arduo negotio.
- 214 Arduum, & magnum negotium quodnam sit, iudicu arbitrio relinquitur.
- 215 Decimas Papales exigere non est magnum, & arduum negotium.
- 216 Subcollector prius deputatus quando censeatur revocatus etiam non facta de eo mentione per posteriorem deputationem.
- 217 Collectoris facultas, & officium quando censeatur transire ad successorem in dignitate.
- 218 Collectoris facultas, & potestas probanda est per litteras, & non per testes.
- 219 Episcopi, aliique Pralati non debent accedere ad suas ecclesias, in eis recipi, sine literis provisiorum.

- 220 Collectoris facultas, etiamsi sit persona illustris, honesta probanda est per literas. Idem in delegato. num. 221. 240
- 222 Collectoris facultas non probatur per transumtali-  
terarum, sed tantum per originalia. 241
- 223 Originalia regulariter exhibenda sunt, non au-  
tem exempla. 241
- 224 Transumtum literarum collectoris probat ejus fa-  
cultatem, ubi nulla lite pendente sumtum ful-  
servata forma cap. fin. de fid. instrum. Aut sum-  
tum fuit ex registris Bullarum Papa. num. 225. 242
- 226 Collectoris facultas probari potest per testes, quando  
collector esset deputatus in urbe ubi moratur Pa-  
pa. Idem forte in nudo exactore. num. 232. 242
- 227 Tenor literarum Collectoris amissarum probari  
potest per testes. Idem in delegato; licet aliqui con-  
tra num. 228. 245
- 229 Subcollectoris facultas probari potest per testes. Con-  
trarium alii. num. 230. 246
- 230 Testes, & instrumenta regulariter parem vim ha-  
bent in probatione. 247
- 232 Collectoris facultas probatur per testes, ubi is nudit  
exactior est. 248
- 233 Subcollectoris facultas probatur per literas collecto-  
ris cum ejus sigillo sine manu Notarii, aut subscri-  
ptione testium. 250
- 234 Subdelegationes probantur per sola sigilla delegato-  
rum. 251
- 235 Collectoris, seu subcollectoris facultas probari non  
potest per communem hominum existimationem,  
& num. seqq. 254
- 236 Lex Barbarius, ff. de off. præt. quando locū habeat. 254
- 237 Collector decimarum Papalium potest excommu-  
nicare, suspendere, & interdicere non solventes  
decimas. 256
- 238 Delegatus potest censuras exercere. 258
- 239 Episcopi non solventes decimas Papales quomodo,  
& quo ordine puniantur. 259

240 Ex.

- 240 Excommunicatio solum generalis ferenda est in Episcopos. Abbates, aliasque personas ecclesiasticas honorabiles non suspectas, ubi solum, de quantitate, & estimatione fructuum circa solutionem decima Papalem agitur.
- 241 Solventes loco decima Papalis minus debito excommunicari possunt specialiter exceptus Episcopis, Abbatibus, & aliis personis non suspectis.
- 242 Interdictum generale contra civitatem ferri non potest a collectore, ob non solutionem decima Papalis. Idem in quovis debito pecuniario, numer.
- 243 Secus si prius lata sententia excommunicationis in singulares personas, ea contemta fuit. numer. 244.
- 245 Excommunicationis contemtus est causa immediata interdicti generalis.
- 246 Monitio quomodo facienda sit clero, vel collegio, ut solvat decimam Papalem.
- 247 Generalis sententia quomodo ferenda sit in non solventes decimas Papa.
- 248 Collector, & subcollector possunt aliis poenis multilare non solventes, quam censurus. Subcollector tamen minorem poenam infligere potest. numero 249.
- 250 Privare non potest collector beneficio non solventem decimam Papalem.
- 251 Capi possunt personaliter non solventes decimas Papales. Imo etiam Rectores universitatum, & capita collegiorum pro suis collegiis. num. 252. Nisi beneficiari essent Doctores actu legentes. n. 253.
- 254 Bracchium seculare non potest a collectore invocari sine speciali mandato. Secus regulariter in delegato. n. 255.
- 256 Vasa sacra, & hujusmodi non possunt capi in exactione decima Papalis. Idem forte in iis, qua sunt promiscuo usui deputata. n. 257.
- 258 Magis dignum trahit ad se minus dignum.
- 259 Vasa sacra, & hujusmodi ornamenta divino cultu

## 268 ALEX. MONET. TRACTAT.

- 268 tui deputata non possunt per collectorem accipiri.  
 269 gnorietiam à sponte dantibus.
- 260 Collector capienti vasa sacra an possit violenter  
 resisti.
- 261 Excommunicatio lata per collectorem contra non  
 exhibentes vasa sacra est nulla.
- 262 Collector capiens res notorie sacras potest ab ordi-  
 nario puniri.
- 263 Collector decimarum Papalium quomodo liberal-  
 possit, & quietare solventes, aut etiam non sol-  
 ventes.
- 264 Collector decimarum tenetur solventi, si illud pe-  
 tat, instrumentum liberationis facere.
- 265 Executive an procedatur in exactione decima Pa-  
 palis, & quomodo, cum seqq.
- 266 Ignorantiā edicti allegans & probare volens, quan-  
 do audiatur, remissive.
- 267 Appellari potest à collectore multis in casibus. Ut si  
 nimis brevem terminum statuat ad solvendum,  
 num. 268. Item ubi capit pignoris loco res notorie  
 sacras, vel cultui divino deputatas, nu. 269. Re-  
 gulariter non potest. num. 276.
- 270 Appellari potest à collectore rejiciente exceptionem  
 subreptionis, ubi multi impetraverunt immuni-  
 tatem à decimis Papalibus non facta mentione de  
 priori aliorum impetracione. Item si à privilegia-  
 tis decimam exigat. num. 271.
- 272 Causa decimarum Papalium plenarie tractari de-  
 bet, si questio sit inter clericum, & eum, cui Papa  
 concessit decimam beneficiorum. Idem ubi questio  
 est inter duos clericos, puta titularem, & pensiona-  
 rium. num. 273.
- 274 Causa decimarum Papalium summarie tractatur,  
 ubi questio est inter clericum & cameram.
- 275 Summarie proceditur in exactionibus functionum  
 fiscalium, tributorum, & collectarum.
- 276 Summaria causa est ubi res non patitur dilatio-  
 nem, ut in alimentis futuris.

DE

## DE DECIMIS PAPALIBVS.

CAP. IX.

Seu

## Appendix ad hunc tractatum.

DIXIMUS hucusque de decimis, quas spirituales  
vocant, ea qua potuimus tum brevitate, tum per-  
spicuitate; nunc reliquum est pro complemento hujus  
tractatus de decimis, ut de Papalibus quoque eodem  
fere quæstionum ordine servato dicamus.

Quæro PRIMO, De origine, & causa hujus im-  
positionis decimarum?

PRIMA CONCLUSIO. Hę decimæ, quæ summo  
Pontifici à clericis solvuntur, originem † habent à le-  
ge veteri, vel potius cum ejus præcepto similitudinem  
habent; ad ejus enim legis similitudinem præceptæ  
quoque fuerunt in Evangelica lege à summis Pontifi-  
cib. decimæ, ut in specie tradit S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1.  
Sot. l. 9. de just. & jur. q. 4. art. 1. & alii, quos supra recen-  
suimus c. 1. q. 2. Habentur ergo Num. 18. hęc verba; Lo-  
catusq; est Dominus ad Moysen, dicens; Pracipe Levitis,  
atq; denuncia, cū acceperitis à filiis Israel decimas, quas  
dedi vobis, primitias eaurum offerte Domino, id est, deci-  
mam partem decimæ, ut reputetur vobis in oblationem  
primitivorum tam de areis, quam de torcularibus, &  
universis, quorum accipitus primitias, offerte Domino, &  
date ea Aaron sacerdoti, cuius deinde præcepti execu-  
tionem quandam habemus 2. Esdr. 10. ad fi. his verbis:  
Erit autem sacerdos filius Aaron cum Levitus in decimis  
Levitarum, & Levita offerent decimam partem deci-  
ma sua in domo Dei nostri. Ex quibus verbis paret præ-  
ceptum fuisse in veteri legi Levitis, ut de suis decimis  
decimas solverent summo sacerdoti Aaron, eorumque  
filiis, ac descendentibus, qui in sacerdotio succede-  
bant. Ad ejus ergo præcepti similitudinem licet exi-  
git summus Pontifex decimas à clericis, qui eam exi-  
gunt

2 genti † solvere tenentur, ut in hac specie adnotarunt  
inter ceteros Abulen. super Matth. 25. q. 74. S. Thom. d. q.  
87. art. 4 ad 3. arg. Sot. d. q. 4. art. 4. ad finem. Covar. li. i.  
var. resol. c. 17. nu. 3. & Rebus. tract. de decimu, q. 3 nu.

3 3 Quorum auctoritati accedit † & illa ratio, quam af-  
fert D. Thom. loc. cit. naturalis enim, inquit, ratio di-  
gitat, quod illis, qui habent curam animarum, de com-  
muni multitudinis statu provideatur; Vnde possint ex-  
quie ea, quae pertinent ad communem salutem; quam et-  
iam rationem innuit Card. Zab. post alios d. clem. fin. &  
Abb. loco mox citan.

4 SECUNDA CONCLUSIO. Justa de causa † im-  
ponenda est hæc decima, & urgente aliqua necessitate,  
puta pro expeditione belli contra hostes fidei; ita col-  
ligitur ex Conc. Const. sess. 43. & extrav. unica. que in-  
cipit declarationes, ibi, pro prosecutione guerra ac ne-  
gotii regni Sicilia contra hostes, & est Bonif. VIII. sub tit.  
de decim. in commun. atque ita in specie tradunt gloss.  
& Doct. in clem. fin. eod tit. Rebus d. num. 3. Sotus Tho-  
stat. & Covar. loco cit. Abb. post Host. c. 2. nu. fin. de de-  
cim. ubi tamen subdit Abb. id facere Pontificem de po-  
testate absoluta, non autem ordinaria. Justa autem de  
5 causa † motum fuisse Pontificem censemendum erit, do-  
nec aliud constet, iuxta text. in c. cum à nobis, in fin. de  
rest. & clem. unic. de probat. gloss. in l. relegati, C. de pœn.  
cum alius late traditis, per Alciat. de præsumt. reg. 3. præ-  
sumt. 8. Menoch. eod. tract lib. 2. præsumt. 1. n. 1. & multu-  
seqq. & Ant. Gabr. commun. concl. libr. 3. tit. de jur. quæs.  
non tollen. concl. 3.

6 TERTIA CONCLUSIO. Quamvis à summo Pon-  
tifice possit inferioribus etiam laicis † concedi decima  
super beneficiis, ut patet ex d. clem. fin. ubi gloss. & Doct.  
7 tamen non modo ab iisdemmet laicis † constitui, &  
imponi non potest, ut in specie adnotavit Rebus d. q. 3.  
nu. 4. & satis patet ex c. clericis, in princ. & §. 1. de im-  
8 mun. eccles. in 6. ubi excommunicantur † laici quicun-  
que exigentes ab ecclesiis, & ecclesiasticis personis, ea-  
rumque bonis raleas, collectas, seu dimidiā, decimam,

aut

aut al-  
bus P-  
libus,  
3. nun-  
exige-  
proba-  
subsid-  
decim-  
43. in-  
prohib-  
ecclesie-  
servan-  
liter s-  
Gutti-  
filio, &  
R. E. &  
commu-  
vel pri-  
vincia-  
parte,  
te dum-  
stant. I-  
tæ mai-  
pressai-  
decim-  
ritur, v-  
ipſa de-  
18. Pre-  
bus † c-  
de ser-  
litur is-  
ration-  
Const-  
impos-  
ne illu-  
etiam-  
illius l-  
veteri-

aut aliam partem bonorum: Sed neque † ab inferioribus Prælatis, puta Episcopis, Archiepiscopis, & similibus, ut ex d. clem. fin. colligunt ibi Duct. & Rebus d. q. 3. numer. 5. Poterit tamen Episcopus † imponere, & 10 exigere charitativum subsidium, ut late & optime comprobant Bellenz. & Remig. de Gonn. in tract. de charit. subsid. q. 1. & seqq. Idem quoque expressius, quod ad decimas spectat, prohibetur † in Conc. Constant. sess. 11 43. in hæc verba: Præcipimus, & mandamus, jura, qua prohibent inferioribus à Papa decimas, & alia onera ecclesie & personis ecclesiasticis imponi, districtus observari. Per nos autem nullatenus imponantur generaliter super totum clerum, nisi ex magna, & ardua causa, & utilitate universalem ecclesiam concernente, & consilio, & consensu, & subscriptione fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum, quorum consilium commode haberi poterit, nec specialiter in aliquo regno, vel provincia, nisi consultus Prælatis ipsius regni, vel provincia, & ipss non consentientibus, vel eorum majori parte, & eo casu per personas ecclesiasticas, & auctoritate dum taxat Apostolica levantur. Hæc ex Concil. Constant. Ex cuius verbis, nō modo satis, nisi fallor, probatæ manent duæ postremæ conclusiones, sed etiam expressam formam habemus hujusmodi impositionis decimarum. Quare dum Rebus d. num. 3. vers. 2. requiriatur, vult, quod post impositionem decimæ † decima 12 ipsa denuncietur, tum propter allegatum locum Num. 18. Præcipe Levitis, atq; denuntia, tum quod debitoribus † denuntiari debet, ut solvant, l. quidam Iberius, ff. 13 de servit. urb. præd. Doct. in l. vinum, ff. si cert. perat. fallitur is, ni ego fallor, tum in conclusione ipsa, tum in ratione. Etenim tam ex supradictis, & verb. Concil. Constant. quam ex usu ipso, & praxi liquet, sufficere impositionem ipsam in scriptis fieri cum subscriptio- ne illustrissimorum Cardinalium, & publicatione, seu etiam affixione in acie campi Floræ. Rationes quoque illius leves sunt; neque enim præceptum illud legis veteris nos obstringit in Evangelica lege, cum judicia- le po-

le potius sit, ut etiam infra dicemus, neque denuncia-  
tio illa, de qua Num. 18. est actus aliquis post imposi-  
tionem, imo fuit ipsamet impositio ex Dei mandato.  
Neque urget illud simile de denunciatione, quæ si  
debitoribus, ut solvant, cum ea fiat auctore judice;  
summus autem Pontifex cum sit Christi vicarius, su-  
14 premus † etiam judex, & ordinarius est, c. iuncta 9. q. 3.  
¶ cap. licet, de elect. cum simil. quare supervacanca eis  
ulterior denunciatio.

15 **QUARTA CONCLUSIO.** Si concurrat † Episco-  
pus in exactione charitativi subsidii, & Papa in ex-  
actione generalis subsidii, & uterq; exigat ex justa cau-  
sa, utriq; præstandum erit, ut post Ant. Buir. & Doct. in  
c. cum nuper, de cens. tradit Bellenz. in d. tract. de chari-  
tat. subsid. q. 63. num. 1. quem etiam sequitur Remig. di  
Gonn. in simil. tractat. q. 54. num. 1. quod si utrique præ-  
16 stari non possit, † præstabitur Papæ, ut ibid. probant  
Bellenz. & Remig. n. 23. & 4.

**QUÆRO SECUNDO.** De quibus beneficiis, eorum  
ve fructibus solvarur hac decima Papalis?

17 **PRIMA CONCLUSIO.** Decima hæc † solvitur de  
beneficiis; patet ex tex. d. clem. si primis verbis, si bene-  
ficiorum decima, &c. & admittunt, tum ibi, tum alibi  
passim Doct. male igitur Rebus. d. q. 3. n. 4. vers. quarto,  
quod hac decima imponatur, tradit, has decimas sollem  
imponi super decimis beneficiorum, auctoritate allata, Nû.  
18. ibi, decimam partem decima. Ex quo concludit, hæc  
decimam non posse imponi ei, qui decimas non habe-  
ret, quia privatio † præsupponit habitum, cap. ad dis-  
solvendum, de deßpons. impub. cum simil. male inquam  
& absque solido fundamento id tradit Rebus. vel ob  
eam unicam rationem, quod licet hec impositio deci-  
mæ Papalis ad similitudinem fortasse illius decimæ,  
quam in veteri lege solvebant Levitæ summo sacerdo-  
ti, introducta sit, ut supra admonuimus; tamen illud  
præceptum, sicut & ceterarum decimarum, cum ju-  
diciale potius sit, aut ceremoniale, quam morale, ne-  
quaquam adstringit Christianos in Evangelica lege, ut  
fuse

fuse o  
aliis d  
mur;  
plicat  
cip.  
S E  
mnibu  
Papale  
post ali  
subsid.  
solven  
per, de  
gloss. i  
benefi  
ordina  
praben  
cundo  
rum ei  
quaren  
in † ca  
late Be  
iam ci  
de om  
vag u  
alii cle  
suis †  
ut in e  
vero a  
tur, d  
dicam.  
cipiu  
ter, d. c  
ca, de a  
nicula  
Ponti  
ligi vi  
Pontif  
extrav

fuse ostendimus superius hoc eod. tract. c. 1. q. 2. cum de aliis decimis, quæ sacerdotibus solvuntur, loquere-  
mur; quod etiam præter alios ibi allatos optime ex-  
plicat Ang. de Chavas. in sum. ver. decima, circa prin-  
cip.

SECUNDA CONCLUSIO. Regulariter † de o- 19  
mnibus beneficiis, ecclesiasticisq; redditibus decimæ  
Papales solvuntur, ut satis patet ex d. extrav. & tradit  
post alios Card. d. clem. fn. in princ. Bellenz. de charitat.  
subsid. q. 73. & seqq. Unde infertur primo, de Capellis † 20  
solvendam esse decimam, ut patet ex Compos. inc. nu-  
per, de decim. Rebuf. d. q. 3. num. 6. & singulariter voluit  
gloss. i. d. clem fin. in fi. constat enim, inquit, illas esse † 21  
beneficia ecclesiastica; ex quo sic sunt per Episcopum  
ordinata, c. quasitū, & c. pen. 1. q. 3. & c. significatum, de  
praben. quam gloss. Doctor. ibi sequuntur. Infertur se-  
cundo, idem † dicendum esse de canonicatibus. Cla- 22  
rum enim est, eos esse beneficia † ecclesiastica, c. con- 23  
quarente, & c. pen. de cler. non resid. cum aliis tex. Idem  
in † cathedralibus, metropolitanis, & Patriarchalibus, 24  
late Bellen. d. q. 73. Tertio, quod si quis in pluribus et-  
iam civitatibus, & diœcesibus plura habet beneficia,  
de omnibus † decimam solvet, ut habetur in d. extra- 25  
vag un. versic quod si in diversis. Imo etiam Prælati, &  
alii clericis exules, cujuscunque dignitatis existant, de  
suis † proventibus ecclesiasticis decimas persolvent, 26  
ut in ead. extrav. disponitur vers. Prælati autem. Quod  
vero attinet ad redditus & proventus, multa inferun-  
tur, de quibus hac ipsa conclusione & sequentibus latius  
dicam. Aliqua ramen beneficia, & aliqui redditus ex-  
cipiuntur, de quibus ut plurimum per Doct. communi-  
ter, d. clem. fi. Bellen. loco cit. & text. in cit. extrav. une-  
ca, de decim in commun. Quæ extravagans † licet par- 27  
ticularis constitutio esse videtur de decimis, per eum  
Pontificem Bonifacium iunc impositis, ut etiam col-  
ligi videtur ex ejus princ. atque adeo exprimere ejus  
Pontificis morte, sicut de extrav. ex debito, de elect. &  
extrav. ad regimen, de praben. in commun. tradiderunt

S

Doct.

Doct. quos recensuimus, & secuti sumus in nostro tractatu de option. cap. 3. num. 4. tamen, cum in hac extrav. un. de decim. non adsit verba sufficientia, ex quibus appareat, velle illam expirare morte sua, prout illa extrav. ad regimen, dicitur, donec miseratione di-  
vinæ clementia nos universalis ecclesia regimini præ-  
sidere concesserit, &c. & in extrav. ex debito, habetur, donec Christi dignatio non dignabitur universalis ec-  
clesia sponsa sua regimini præsidere, &c. cumque haec  
extravagans sit certa & nota, nec vagetur, sed sit inserita  
28 in corpore juris, vim tamen habet legis, ita, ut sententia con-  
tra eam lata sit nulla, per ea, quæ tradunt Doct. in c. pa-  
storales, de fid. instr. & in l. prolatis, ff. de re judic. & plati  
in his terminis Franc. Pavin. in prælud. ad extrav. 10. 21.  
& Hieron. Clar. in prælud. ad extrav. commun. eique  
tamquam legi generali standum erit. Neque oberrit  
quod de particulari illa decima loqui videatur, cum  
Papa respondendo, & definiendo super particulari-  
29 suam canonem condat, c. ex multa, in princip. de vot. &  
vot. redempt. ubi Doct. gloss fin. c. consultationi, de temp.  
ord. Abb. c. fi. colum. 3. de jur. cal. cum aliis quos refert, &  
sequitur Felin. c. 1. num. 77. de constit. Ex quibus sequi-  
tur, quod cum quæstio aliqua, aut dubitatio circum-  
30 positionem decimarum oriendi contingat, tamen ad hanc ex-  
trav. recurrentum sit, prout etiam recurrentum mon-  
net Rebuf. d. q. 3. num. 6. & quotquot Doct. aliquid de  
hisco decimis scripserunt, eam passim pro decisione al-  
legant. Excipiunt ergo (ut unde discessimus rever-  
sum) nonnulla beneficia, certique redditus ab hujus-  
modi solutione decimarum, nisi de iis expressa me-  
tio fiat, cum decima imponitur; quorum aliquor hinc  
& seqq. conclusionibus luter recensere,  
31 Primo quidem excipiuntur redditus, & proventus  
leprosiarum domorum Dei, & hospitalium pau-  
perum, qui in usus leprosorum, infirmorum & pauperum  
convertuntur; de iis enim decima non solvetur, ut dis-  
ponitur in d. extrav. un. vers. de redditibus, & not. Re-  
buf. d. q. 3. num. 4. Felin. c. de quarta, n. 18. de prescript.  
gloss.

gloss. & ceteri. d. clem. fin. ubi Card. q. 3. singulariter dicit quod, quamvis Lap. (quem deinde secutus est ibidem Imol.) afferat se consuluisse † deberi decimam ex redditibus, qui supersunt ultra hos usus pauperum & infirmorum, tamen debent potius expendi in usus aliorum pauperum, vel conservari ad supervenientiam majoris numeri pauperum, ex quo sic fuerant redditus deputati, c. quia contingit, de relig. dom. & c. si propter, de rescript. in 6. Card. sequitur idipsum late probans Bellenz. d. tract. de subsid. charit. q. 68. num. 3. Ratio vero, cur hujusmodi redditus decima Papali non subsint, ea etiam esse potest, quoniam † hospitalia illa nomine beneficiorum proprie non comprehenduntur; quo argumento utitur à contrario sensu in Capellaniis gloss. i. in fin. d. clem. fin. de decim. unde per literas super provisione quorumlibet clericorum directas, de xenodochiis, leprosariis, eleemosynariis, seu hospitalibus, nulli potest provideri, nisi hoc in literis caveatur expresse, ut disponit ad literam tex. in clem. per literas, quae est 2. de prabend. & dig. Imo, neque hospitalia in beneficium conceduntur, nisi in illorum fundatione secus constitutum fuerit, seu per electionem (per superiorem confirmandam, ut exponit gloss.) sit de Restore loci hujusmodi providendum, ut cavetur in clem. quia contingit, quae est fin. §. ut autem, de relig. dom. Secus vero dicendum erit † de hospitalibus militarium ordinum; aut aliorum religiosorum; nam & ea in beneficium conferri possunt, d. clem. quia contingit, §. pramissa vero, neque sub nomine eorum hospitalium, de quibus in extravag. apte continentur, cum ad usus illorum infirmorum, & pauperum omnes eorum redditus per se non sint destinati; sed potius ad militum illorum, seu religiosorum sustentationem, cum onere tamen aliquo vel hospitalitatis, vel certe eleemosynæ, & largitionis, quare † ex iis redditibus, qui ultra hæc omnia supererunt, solvenda erit de iis decima, quæ omnia etiam colliguntur, & optime confirmantur ex late traditis per Bellenz. de charit. subsid. q. 38. & 68.

37 Secundo excipiuntur moniales, aliæque † regulares personæ, quarum redditus, & proventus ecclesiasticæ adeo sunt tenues, quod de illis sustentari non possunt sed pro habendo vitæ suæ sustentationem necessitate habent publice mendicare, ac eleemosynas publice petere; ita habetur ad verbum *in d. extrav. un. vers. moniales*, & not. gloss. *1. d. clem. fin.* & post alios fusc. Bellent. *d. tract. q. 30. & 77.* & Remig. de Gonn. *in simil. tract. de charit. subsid. q. 37. nu. 14.* ubi etiam cum sequentibus

38 idem probat † in aliis tenuibus beneficiis ceterorum clericorum post *Gem. cons. 85. vers. ex quibus concludatur, & alios*; quod etiam patet *ex seqq.*

Tertio, seculares clerici, quorum ecclesiastici redditus, & proventus anni summam septem florenorum auri non excedunt, eam † decimam non præstabunt ut cavyetur *in d. extrav. vers. seculares quoque clericorum adnotavit Gig. in tract. de pension. q. 59. nu. 7.* ubi etiam exponit florenos auri pro ducatis, & optime; & ita intelligit, & observat Romana curia, quod idem de Capellis, quæ non excedunt viginti libras, quod nimis de iis decima non solvatur, tradit *Rebuf. d. q. nu. 6. post Collect. in c. nuper, de decim.* Si tamen † una persona plura habet beneficia, quorum nullum percepit dictam summam septem florenorum aurum attingat, simul tamen collecta eam excedant, de manibus illis, & singulis decima persolveretur, sed non solvetur † de pitantiis monachorum: ita declaratur, *in d. extrav. versic. si vero, eas autem pitantias & expere nos possumus, vel pro stipendiis, quæ dantur monachis, ut inserviant ecclesiæ, vel etiam pro portionibus quæ illis dantur, aut debentur ad eorum victum, & moribus congruam sustentationem, ut patet ex tradit. per Auct. Germon. de sacr. immunit. lib. 3. cap. 17. nu. 17. & tract. de indul. Apost. §. per qua sublatis, nu. 10. nec non quæ ex adductis per Henrig. in sum. Theol. mor. lib. 9. quiescit, & vero missa sacrificio c. 22. tom. 1.*

Quarto de his, quæ à Christi fidelibus relinquuntur ecclesiis, ut ex his perpetui cimantur redditus, decimæ quadri se

gulares  
esaltici  
possunt  
esse ha-  
ce pen-  
C. moni-  
Bellen-  
. tradi-  
tentibus  
cerorum  
conclu-  
ci reddi  
enorun  
stabum  
lerici,  
ibit etiam  
verb. xenium.

non † solvitur, ut habetur in d. extrav. un. versic. simili- 43  
ur de his, de aliis ramen legatis, quæ Prælatis, & aliis  
personis ecclesiasticis, non personarum, sed ecclesia-  
rum vel officiorum ratione relictæ decima † persolvatur, 44  
ut dicitur in ead. extrav. vers. de legatis quoq;. De ele-  
mosynis autem, & aliis oblationibus dicam inferius  
vers. 8. de eleemosynis.

Quinto, De xeniis, Prælatis & aliis personis ecclesia-  
sticis liberaliter factis, nō solvetur † decima, prout sub- 45  
ditur in ead extrav. vers. item de xeniis. Sunt autem Xe-  
nia † proprie munuscula, quæ hospitibus dantur; ξενίος 46  
enim græce hospes est; unde xenodochium, hospitale,  
& similia; sed & sumitur etiam xenium pro quolibet  
munere ac dono, l. solent, ff. de off. procons. Plura de his  
videri possunt apud Ant. Nebriss. in vocabul. utr. jur.  
& eundem, ac Hier. Verrut. & alios in Lexico juris,  
ibidem verb. xenium.

Sexto, Ex d. extrav. versic. declaramus, etiam habe-  
m de C. ur, quod de sylvis † quoque seu nemoribus, quæ non 47  
od dimi-  
to consueverunt vendi, nō solvitur, nisi forte aliquid de  
d. q. j. n. is venditum fuerit durante decima, & tunc aestima-  
tur, quantum valere debent anni redditus partis  
per se ac-  
tenditæ secundum assisiam ( hoc est † secundum ju- 48  
aurinor-  
dum pretium à Principe statutum, per ea, quæ late tra-  
it, deo  
in Remig. de Gonn. tract. de charit. subsid. q. 60. nu. 1. &  
, sed non  
i. seu, ut paulo post in ead. extrav. unic. dicitur, firmam  
declarantur anuam, arg. eorum, quæ tradit gloss. in c. penult. verbo,  
s † expi-  
fissos, de cler. non resid. hoc est, conventionem de cer-  
tum moni-  
a summa pecuniæ, seu fructuum pensionis nomine)  
secundum assisiam, inquam, quæ consuevit fieri de ne-  
moribus, in partibus illis, in quibus nemus situatum  
eis per A. fierit, & de sola aestimatione decima persolvetur, &  
nu. 17. & con de eo, quod perciperetur de iis sylvis, seu nemori-  
bus, quæ vendi non consueverunt, nisi forte vendan-  
qui est, ut durante decima, intellige autem de venditione, nō  
quoad proprietatem; sed quoad proventum, unde ibi-  
quatum subditur, quia tunc solvetur ex venditione pa-  
, decimatuadii seu herbagii, aut alterius consimilis proventus

eorumdem nemorum & sylvarum, & si non vendantur hujusmodi pascuagia & similia, non solvetur decima de his; ita tamen quod in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur. De sylvis vero cæduis idem fieri, quod de stagnis mox dicitur, ut dicitur in ead. extrav. vers. de piscariis.

¶ 49. *Septimo, De piscibus & stagnorum, vel belluis garnarum, quos pro usu, velesu suo consumi, vel sine fraude donari contigerit, decima non solvetur, ut habetur d. extrav. vers. de piscibus stagnorum.* De stagnis vero, & piscariis (domesticis nimurum, ac privatis, que venduntur quoad proventum dumtaxat) decima sic & solvetur; videlicet, quod sicut relatio de numero annorum quibus ante venditionem ultimam vendita non fuerunt ad quantitatem pretii ex ipsa venditione ultimam recepti, ut pretio diviso in partes secundum annorum terminum, durante decima solvatur decima ipsa de tot partibus pretii ex ipsa venditione recepti, quod fuerant anni predicti; ut si forte quinque anni erant elapsi, ex quo non fuerat stagnum venditum, & tunc venditum fuit pro centum florenis, sicut de pretio quinque partes, & pro tribus annis, quibus durabit decima solvatur decima ipsa de tribus partibus pretii tantum videlicet 60. florenis (unde sex tantum floreni tribus illis annis solventur) & multiplicabuntur & minuentur partes pretii, prout plures & pauciores fuerunt dicti anni. *De piscariis autem fluminum, & lacuum & venationibus, si vendantur idem, quod de stagnis, fieri. Hac omnia continentur in ead. extravag. de stagnis.*

¶ 50. *Octavo, De eleemosynis, & seu oblationibus datis ad opus fabricæ, & maxime de his oblationibus, que in civitatibus, & aliquibus castris, & locis dictarum provinciarum in certis festivitatibus in candelis, & illis consueverunt dari, & offerri ad opus fabricæ deputatis decima non solvetur. Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui consortiales dicuntur (vulgo autem confratres vocamus)*

inter

interdum, & q. & calicibus sub functi verf. de nationib<sup>9</sup>, benedic<sup>u</sup>, five p. dis, que in ead. e. medium nem illi demum buscunc ordinari eaqua le. T E R qui urge dendo p. curæ pro fionem p. duos, v. vei, ut e. constitu solution iporum vers. Re desia sti fidentia eodem p. tando ip. suorum tione, se ventibu travag. autem t. 16.9.7.0

interdum per clericos, quæ ad opus consortii reducuntur, & quæ offeruntur, ut luminaria in ecclesia, cruces & calices siant, & reparentur, & etiam ex illis pauperibus subveniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum; *Ita disponitur in sapientia memorata extrav. vers. de eleemosynis vero.* Solvetur tamen de aliis oblationib⁹, quæ sunt clericis, & Rectoribus, sive siant pro benedictione nubentium, sive pro exequiis mortuorum, sive pro dandis pœnitentiis; nec non etiam de emendatis, quæ ab excommunicatis recipiuntur, *ut habemus in ead. extravag. vers. Solvetur autem, qui est paulo post medium.* & *vers. insuper de oblationibus, qui est prope finem illius constitutionis;* quod tamen intelligerem tunc demum procedere, cum decima imponitur super quibuscumq; proventibus, redditib⁹, & obventionib⁹ tam ordinariis quam extraordinariis, prout fieri solet *per ea quæ latius afferam inf. hanc ead. quæ. concl. ult.*

**TERTIA CONCLUSIO.** Rector † parochialis, 52  
qui urgente necessitate ecclesiæ, puta, quia ipse residendo personaliter in eadem, per se non sufficeret ipsi curæ propter multitudinem parochianorum, vel divisionem parochiæ suæ, sed necesse habet unum, vel duos, vel plures capellanos conducere, & eis propter (vel, ut ego potius legerem, præter) victum, salarium constituere; salarium hujusmodi poterit in decimæ solutione deducere; sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet; *sic cavitur in d. extravag. vers. Rector parochialis.* Similiter quævis † persona ecclesiastica, quæ in ecclesia sua, vel beneficio, quod residentiam personalem requirit, non residet, sed facit in eodem per firmarium, vel vicarium deserviri, deputoando ipsi vicario vel firmario certam proventuum suorum portionem, nō de vicariatus, seu firmarii portione, sed de universis ipsius ecclesiæ, vel beneficii proventibus decimam exhibebit; *ita disponitur in ead. extravag. vers. sed ecclesiastica persona.* De hujusmodi autem † vicariis, & coadjutoribus habetur c. in nova, 54  
16. q. 7. cap. si. 93. dist. & c. 1. 94. dist. & tot tit. ubi Doct. de

off. vicar. & de cler. & agrot. vel debilit. cum simil. Io. Silv.  
& alii in suis tract. de benef.

QUARTA CONCLUSIO. Quoniam nonnulli  
obtinent à monasteriis, & ecclesiis prioratus, penso-  
nes, census, redditus, domos, grangias, (hoc est, & villu-  
las, ut colligitur ex extrav. cum nonnulla, la. 1. de pre-  
ben. in commun. nec non ex tex. & ibi gloss. marg. in c. fin.  
56 de cens.) in solvenda de his decima & distinguendum  
est cum Bonif. VIII. d. extrav. vers. & quia nonnulli  
an talia in beneficium habeantur ex contractu, an me-  
ra gratia. Si enim talia in beneficium habeantur, sive  
hoc sit concessum per sedem Apostolicam, sive per i-  
psorum monasteriorum, vel ecclesiarum personas, de  
illorum proventibus solvetur decima. Cum autem ob-  
tinentur talia ex contractu, puta ad pensionem, vel fir-  
mam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti,  
sed in hoc uterque contrahentium studuit conditio-  
nem suam facere meliorem, perceptores pensionis, vel  
firmæ de ipsa pensione, vel firma decimam exhibe-  
bunt; si autem quis ante, vel post hujus decimæ con-  
cessionem, ad vitam propriam emit proventus prio-  
ratuum, vel aliorum prædictorum pro aliqua pecu-  
nia, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta,  
considerabitur quantum estimatione communi va-  
leant anni proventus prioratus, grangie, domus, ter-  
rarum, seu reddituum hujusmodi, & secundum hoc  
abillis, quorum est horum proprietas, qui inde pre-  
mium pro futuro tempore receperint, per tres annos de-  
cima exhibebitur; si autem in his gratia facta sit obti-  
nentibus, quia scienter pro minori pretio, quam va-  
leant, sunt talia vendita vel locata, ipsi obtinentes, &  
non monasterium, vel ecclesiæ de illo, in quo gratia  
facta est ipsis, & de reliquo illi, quorum est proprie-  
tas, decimam exhibebunt. Si autem personis aliquibus  
pro justa mercede, seu remuneratione laboris, vel ob-  
sequii præstiti, vel præstandi talia sunt concessa, hi  
quorum est illorum proprietas in decimatione pro-  
ventuum suorum, etiam horum proventus merito nu-  
mera-

merabu-  
utilitat-  
si hæc i-  
lata (q-  
quæ pr-  
penæ,  
grangii-  
tia con-  
tur. Ex-  
sonarui-  
grangii-  
nem co-  
tur æst  
monast-  
cum su-  
Ex qui-  
vera pe-  
infra ex-  
pensis h-  
quæ in-  
cendis;  
conclu-  
ciamus  
sunt, le-

Qui  
quas P-  
persolv-  
decima  
merabi-  
tem pre-  
tata rec-  
etiam i-  
Prælat-  
tatione  
ta, rem  
solvissi-  
procu-  
nem, q-

merabunt, & de illis (sicut de aliis, quos pro certis suis utilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. **Quod** si hæc per illos, qui ea obrinebant, in alios sunt translata (quia res transit cum onere suo) etiam circa illos quæ prædiximus, servabuntur; Nec deducentur  $\dagger$  ex-  
pensæ, quæ pro monachis (qui in talibus prioratibus,  
grangiis, seu domibus in beneficium, seu ex mera gra-  
tia concessis, ex pacto teneri debent) fieri dignoscun-  
tur. **Ex** penses autem  $\dagger$  illorum monachorum, vel per-  
sonarum, quæ teneri debent ex pacto in prioratibus,  
grangiis, seu domibus ad justam firmam, seu pensio-  
nem concessis, sive determinatæ, sive non, æstimabun-  
tur æstimatione communi, & talem æstimationem  
monasterium, ve ecclesia, cuius illorum est proprietas,  
cum suis proventibus decimabit. **Hæc** omnia Bonif.  
**I**x quibus illud, quod de pensione dicitur, si tamen de  
vera pensione ecclesiastica intelligere velimus, latius  
infra explicabitur *quest. 3. concl. 2.* **Quod** vero de ex-  
pensis habetur, diligenter adnotandum est propter illa-  
quæ *inf. quest. 4. concl. ult.* dicemus de expensis dedu-  
cendis; ubi quicquid in hac, & in superioribus ac seqq.  
conclus ad expensas faciens diximus, ne longum fa-  
ciamus, nequaquam repetemus, sed ad ea, quæ hic dicta  
sunt, lectorem remittere sat erit.

**Q**UINTA C O N C L U S I O. De procurationibus,  $\dagger$  59  
quas Prælati in virtualibus percipiunt, decimam non  
persolvent, sed qui eis præstant hujusmodi virtualia in  
decimatione suorum proventuum, & reddituum, nu-  
merabunt, & solvent decimam de iisdem. De illis au-  
tem procurationibus, quas Prælati in pecunia nume-  
rata recte percipiunt ab antiquo, & quas perciperent,  
etiam si non visitarent, decimam præstare tenentur.  
Prælatus autem, qui procurationem, quam sine visi-  
tatione poterit de jure percipere in pecunia numera-  
ta, remittit, quia remittit quod sibi debetur, & de quo  
solvisset decimam, si illud recepisset, tenerur ex tali  
procuratione decimam exhibere, si vero procuratio-  
nem, quam tantum in virtualibus licet percipere, for-  
tasse

tasse remittit, persona ecclesiastica, cui remissio facta est, hujusmodi virtualia cum aliis proventibus suis, cum decimam solvet, astimabit, cum etiam si non essent remissa, hoc facere teneretur; sic habemus in d. extrav. Bonif. VIII. vers. Pral. de procurationib. De hisv.

60 procurationibus † false tractant tex. & Doct. 10.. q. 2. 6  
3. per totum 23. q. ult. & si tributum cum seq. II. q. 1. &  
tot. fere fit. de cens ext & in 6. inter mod. Petr. Surd tra-  
ctat. de aliment. tit. 1. q. 64. Pavin. Socin. Fusc. & aliū  
suis tract. de visit. sub quest. & tit. de procurationibus.

61 SEXTA CONCLUSIO. De iis † quoq; quæ con-  
sistunt in jurisdictione, mero imperio, regalibus, arque  
similibus solvetur decima deductis salariis moderatis,  
quæ ante concessionem decimæ consueverunt solvi  
judicibus, & officialibus similibusq; personis, sine qui-  
bus jurisdictione, & cetera similia nequeunt expediti;  
tamen, quod in fraudem decimæ, nihil contra hoc pe-  
nitus attenteretur; sed expensæ † officialium, judicium,  
& hujusmodi personarum factæ in vestibus, sive vi-  
tualibus minime deducentur, sicut nec aliæ expensæ  
similes factæ circa familiam Prælatorum; Ita quoq; ha-  
bemus in d. extrav. vers. de iis quoq;.

SEPTIMA CONCLUSIO. De furnis, ac molen-  
63 dinis † decima præstabitur, ut ibid. dicitur vers. item de  
64 furnis; de fructibus † quoque arborum, & horrorum  
65 decima solvetur. De his † autem, quæ consumuntur  
usu, vel esu animalium, si sint ecclesiarum, solvetur  
decima, deductis expensis necessariis, quæ fiunt pro  
custodia; si vero sunt personarum, decima non solve-  
tur; ita demum habetur in sapientia memor. extrav. uni-  
de decim. vers. de fructibus arbor.

OCTAVA CONCLUSIO. Beneficia quoq; uni-  
66 ta, subjacent huic decimæ, licet principaliter † unian-  
tur, & retineant nomen, & statum proprium. Ratio  
clara est, quia cum retineant statum suum, sicut ante  
subjecta erant, ita nunc; & probatur ex eo, quod tra-  
dit Card. post alios d. clem. fin. de decim. dum vult quæ-  
libet beneficia comprehendendi nomine beneficiorum,

dc

de quo d. clem. in primis verbis. Imo idem erit, si ex duobus unitis unum fiat; utrumque enim suam natu-  
ram servat, juraque & privilegia sibi invicem commu-  
nicant, ut patet ex iur. inf. citan. & not. Abb. c. 2. num. 4.  
de relig. dom. & alii passim; quare prout antea solveba-  
tur de iis decima, vel non, ita quoque nunc fieri. Idem  
quoque erit, si beneficium aliquod, quod alias immu-  
ne esset à decima, alteri unicum sit accessorie, dummo-  
do illud beneficium, cui unitur, decimæ subjaceat;  
tunc enim de iis quoque redditibus solvenda erit de-  
cima, & contra, cum eo casu ecclesia, quæ alteri acces-  
sorie unitur, & annexitur illius naturam, consuetudi-  
nem, & privilegium assumat, propriaque cura amittat;  
siquidem ei, cui vñitut ecclesiae, tanquam filia ma-  
tri esse perhibetur; quæ omnia colliguntur ex text. &  
Doct. in e postquæ, & c. & temporis, 16. q. 1. c. sicut unire  
de excess. præl. c quod translationem, de off. Leg. Abb. c. 1.  
ne sed vac. & d. c. 2. num. 4. & Petr. de Perus. in tractat.  
de union. c. 1. Et generaliter, quod de omnibus benefi-  
ciis unitis, seu membris principalis beneficii solvenda  
sit decima Papalis, consuluit Oldr. conf. 253. nu. 1. Bal.  
conf. 205. num. 4. volum. 3. Rebuf. conf. 125. n. 7. & late  
trudit Remig. de Gon. in tract. de charit. subsid. q. 26. n. 1.  
Quod idem puto † locum habere, quamvis bona, & 67  
fundi beneficiale sit in diversis locis, & decima  
imponatur in aliqua diœcesi, ubi situm est beneficium  
& ecclesia, non autem bona illius; attenditur enim lo-  
cus beneficii, cum hujusmodi decima † sit onus reale 68  
ecclesiarum, non autem prædiorum, & imponatur sit  
non ipsis rebus, sed ecclesiis, vel personis ecclesiasticis  
pro ipsis rebus; unde solvenda est decima, etiam pro  
bonis sitis extra illud territorium. Ita per hanc ratio-  
nem tradunt in terminis Doct. communiter in cap. 1.  
de immunit. in 6. maxime vero Jo. An. Gemin. & Franc.  
quos ego vidi, eosque sequitur Bellenz. de charit. sub-  
sid. q. 434. Remig. de Gon. eo. tract. q. 25. & 26. ubi id  
late examinant; quamvis cōtrarium tueri videatur Fe-  
der. de sen. conf. 151. in 2. respons.

NONA

**NONA CONCLUSIO.** Decimæ solvuntur de  
 mensa grossa canonicorum. Quod enim de canonica-  
 69 tibus † solvatur supra admonuimus hæc ad. quæst. con-  
 clus. 2. & colligitur ex alleg. extrav. un. vers. sed ecclesi-  
 stica persona, dum comprehendit quodlibet beneficiū,  
 quod residentiam personalem requirit; clarum au-  
 70 tem est, Canonicos † teneri ad residendum, ut tot. fe-  
 re tit. & clarius in c. penult de cler. non resid. & c. un eo-  
 71 dem tit. in 6. Quamvis igitur † mensa hæc, ut pluri-  
 mum, tam à præbendis quam à distributionibus quo-  
 tidianis distinguitur, ut patet ex Paris. conf. 32. volum.  
 4. Calder. conf. 2. 1. sub tit. de præbend. Rebuf. in concord.  
 rubr. de collat. §. 1. verbo, distributionem, Abb. in c. licet,  
 de præben. Fel. in c. Iacobus de Simon. Doct. fere omnib. in  
 d. c. unic. tamen ex iisdem fere Doct. ibid. videre est ali-  
 72 quando † eam succedere loco præbendarum, ut liquet  
 inter alios ex Abb. d. c. licet; aliquando de ipsa mensa  
 73 grossa † solvuntur distributiones quotidianæ, ut in-  
 ter ceteros tradit Gemin. d. c. unic. in fi. Ubi ergo mensa  
 hæc, seu massa subrogetur, & succedat loco præbenda-  
 rum, quoniam non adiunt præbendæ distinctæ, tunc  
 quamvis decima absolute imponatur super beneficiis,  
 74 puto † de ea decimam solvendam esse, cum subrogat  
 75 tum sapiat † naturam ejus, in cuius locum subrogatur,  
 L. eum qui, §. qui injuriarum. ff si quis caut. cum aliis  
 vulg. sed ubi etiam ea in distributiones quotidianas  
 destinetur, ac distribuatur, tunc saltem cum decima  
 super proventibus ecclesiasticis, seu ecclesiasticarum  
 76 personarum imponitur, de illa mensa † solvenda erit  
 decima; eo enim casu de ipsis quoque distributionibus  
 quotidianis præstatur, ut mox dicam.

**DECIMA CONCLUSIO.** Ubi decima Papalis im-  
 ponatur super beneficiis, & omnibus proventibus ec-  
 77 clesiasticis, tunc † de distributionibus quoque quoti-  
 dianis solvenda est: rex ad literam in jam millies cit. ex-  
 trav. unit. versic. & quia non occurrit, de decim. ubi Bo-  
 nif. ponit hæc verba: *Et quia non occurrit nobis, quia*  
*quotidiana distributiones proventus ecclesiastici sint, de*  
*distri-*

distributionibus, que dantur in horis canoniciis praesenti-  
bus debere solvi decimam declaramus. Unde per eam  
extrav. nonnulli absolute dixerunt de quotidianis dis-  
tributionibus solvendam esse decimam, ut gloss. 1.  
Imol. numero 6. & alii, d. clem fin, de decim. qui tamen  
intelligendi sunt in casu extiav. cum nimisum deci-  
ma imponitur super proventibus ob eam rationem,  
quia nomen proventus † valde generale est, & com 78  
prehendit omnem redditum undecunque nobis ob-  
venientem, ut patet ex text. in l. annonam, ibi, uberes  
proventus, ff. de extraord. crim. Boer. decis. 224. Alciat. l.  
frugem, primis verbis, si. de verb. signif. & ibi latius. Re-  
buf. versic. proventus vero, & in concord. rubr. de collat.  
§. volumus, in gloss redditus cum seq. Quod idem puta-  
rem dicendum, † si decima imponeretur super reddi- 79  
tibus, aut obventionibus ecclesiasticis; nam & nomen  
redditus, & obventionis † satis generale est, ut patet 80  
ex Alciat. loc. citat. Rebuf. d. gloss redditus, & l. frugem,  
vers. in super de verbore redditus, & versicul. obventiones,  
Boer. ubi supr. Zenzel. in extrau. Io. 22. incipit, suscepti,  
verb. fructus, & obventiones, de elect. & aliis, quos re-  
fert, & sequitur Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. nu.  
1. Ubi autem decima imponatur dumtaxat super be-  
neficiis, vel eorum fructibus, tunc puto † non esse eam 81  
de distributionibus solvendam; sic intelligendi sunt,  
quotquot indistincte asserunt de iis non esse solven-  
dam decimam, quod voluit gloss. Zenz. d. extravag.  
suscepti, verb. solvere, in fin. tradideruntq; Gemin. cons.  
85. num. 81. Marc. Mant. cons. 1. Tiber. Decian. cons. 43.  
num. 15. post Gemin. cons. 153. Flam. Paris. tract. de resign.  
benef. lib. 6. q. 2. nu. 51. Mandol. tract de sign. grat. tit. de  
pension. colum. 8. versic pensiones Rebuf. d. tractat. de de-  
cim. q. 3. n. 8. dicens, ita fuisse per Papam declaratum.  
Gig. vero cons. 144. num. 33. multas refert se vidisse lite-  
ras Apostolicas mandantes, quod de distributioni-  
bus quotidianis decima per Papam imposta, non sol-  
veretur, ex quibus quinque recenseret sub diversis da-  
tis; & subdit s<sup>o</sup>pius se ita practicasse, & obtinuisse. Bel-  
len.

len. demum in tract de charit. subsid. q. 76. dicit, quod nisi essent declarationes ille Bonif. VIII. contrarium dicceret, quod nimis de distributionibus quotidianis decima non praestetur. Idque ex eo maxime probatur, 82 quod distributiones quotidianæ † neque nomine beneficij veniunt, ut post Gemin. d. conf. 87. n. 20. Rip. respons. 2. lib. 1. & Franc. d. c. unic. § statuimus, not. 1. tradit. 83 Gig. d. conf. 144. n. 17. & 18. neq; etiam † nomine structum beneficii, neque in valore illius computantur, Rot. decis. 33. de senten. & rejud. in antiq. decis. 8. de prebend. in no. & 29 eod. tit. in antiq. decis. 33. n. 2. 1. par. & decis. 170. n. 1. lib. 3. par. in noviss. divers. Boer. decis. 19. n. 4. Fel. c. ad aures, n. 14. de rescript. Io. An. rubr. de concess. prabend. & in addit. ad Specul. Gemin. Franc. Galii, d. c. unic. Oldr. consil. 118. & alii quos referunt, & sequentur Bellenz. d. q. 76. Paris. d. q. 2. n. 30 & Gig. d. conf. 144. num. 10. & alii passim. Idem quoq; erit ob can. 84 dem fere rationem † in anniversariis, seu mortuariis, seu obventionibus ratione sepulturæ, ut in specie tradit Bellenz. d. q. 76. hæc enim quoq; non computantur 85 † in redditibus, seu valore beneficii, ut not. Rot. d. decis. 8. de prabend. in no. & Bellenz ubi sup. post Io. An. d. rub. de concess. prabend. vers. demum quarebatur, & Oldr. consil. 206. incip. An obventus. Imo neque veniunt nomine reddituum, structum, jurium, proventum, emolumentorum canonicatum; neque etiam nomine distributionum quotidianarum, ut post alios tradit. Navar. consil. 13. sub tit. de cleric. non resid. volum. 1. De his ergo decima Papalis non solveretur seclusa Bonifacii declaratione, quæ in speciali casu loquitur, quo imposita fuerat decima super omnibus proveniibus ecclesiasticis, quod & supr. attigimus, conclus. 2. in fin. Quid autem propriæ veniat nomine distributionum quotidianarum præter Doctor. d. c. unic. videndum est tex. in extrav. postulasti, & extrav. cum nonnullæ, la. 1. de prabend. in commun.

Quæro tertio, An aliqui sint immunes à solv. cione harum decimatarum, & quinam illi sint?

PRI-

P R  
xit bon  
ei grati  
ad soln  
rium sp  
trav. u  
supra re  
tercer  
lenz. d. 1  
Neap. 1  
SECU  
ratam p  
in conti  
tit. de co  
est com  
plerunt  
cathedr  
conf. 12  
37. Cac  
quæst. 5  
Affl. dec  
& seqq.  
161. nu  
rium reg  
ad solut  
sicii, sup  
cial. d. q.  
1. d. clem  
travaga  
quod si r  
rum in b  
cam, si  
personas  
loco ver  
telligi p  
gularite  
a solo P.  
d. vers. si

PRIMA CONCLUSIO. Colonus, † qui condu- 86  
xit bona & prædia beneficij cuiuscunq; non tenetur, si  
ei gratia aliqua in eo contractu scienter non est facta,  
ad solutionem decimarum, sed decima ad proprietati-  
um spectabit; ita habetur & latius explicatur in d. ex-  
trav. un. vers. Et quia nonnulli, de decim. cuius verba  
supra retulimus quæst. preced. conclus. 4. & notarunt in-  
ter ceteros gloss. & Io. de Imol. d. clem. fin. de decim. Bel-  
lenz. d. tractat de subsid. charit. q. 75. Vinc. Franc. decis.  
Neap. 107 num. 3. & seqq.

SECUNDA CONCLUSIO. Pensionarius † tenetur ad 87  
ratam pensionis solvere decimam Papalem, quicquid  
in contrarium voluerit. Io. An. in addit. ad Specul. sub-  
tit. de concess. præbend. & Oldr. conf. 268. cōtra eos enim  
est communis eorum opinio, qui de hoc aliquid scri-  
pserunt; quam tuetur Dec. consil. 156. incip. statutum  
cāthedralis ecclesiae, vol. I. n. 4. & ibi Lugd. in add. Rebus.  
conf. 125. per totum, Bellenz. d. tract. de subsid. charit. q.  
37. Cacial tract. de pension. eccl. q. 17. Gig. eodem tract.  
quæst. 59 per totam, & rursus q. 62. num. 13. Vrsill. ad  
Affi decis. 252. num. 7 Vinc. Franc. d. decisi. 107 num. 1.  
& seqq. Idem quoque aperte tenet Rot. Rom. decis.  
161. num. 32. par. in noviss. divers. dum ait, pensiona-  
rium regulari et teneri contribuere pro rata pensiones  
ad solutionem oneris impositi super fructibus bene-  
ficij, super quibus est imposita pensio, allegans Cac-  
cial. d. q. 17. & Gig. d. q. 59. & satis colligitur ex d. gloss.  
I. d. clem. fin. & ibi Jo. Imol. n. 6. de decim. per text. d. ex-  
travagan. in alleg. vers. & quia nonnulli, ubi dicitur,  
quod si redditus, pensiones, census, & similia monasterio-  
rum in beneficium habeantur, sive per sedem Apostoli-  
cam, sive per ipsorum monasteriorum, vel ecclesiarum  
personas, de illorum proventibus solvetur decima; quo  
loco verbum illud pensionis sine ullo incommodo in-  
telligi potest de pensione ecclesiastica, cuius capax re-  
gulariter est solus clericus, quæque ut perpetuo duret,  
a solo Pontifice imponitur; & hoc est, quod dicitur in  
d. vers. sive sit hoc concessum per sedem Apostolicā; quod  
vero

vero subditur, siue per ipsorum monasteriorum, vel ecclesiarum personas, ad grangias, domos, redditus, & census, de quibus ibi, refertur; & sic illum text. de pensione ecclesiastica intellexit Gig. d. q. 59. num. 2. & Rebuf. d. cons. 125. num. 10. Ex quibus satis, ni fallor, firma-  
ta manet hæc conclusio, licet ad id aliqua adducat Bellenz. d. q. 37. & plura Rebuf. d. cons. 125. quæ tamen pa-  
88 rum urgent. Illud maxime facit, quod pensionarius tenetur pro rata ad charitativum subsidium, quod late probant Bellenz. d. q. 37. Gig. d. tractat. de pens. q. 38. Remig. de Gonn. de charit. subsid. quast. 44. post Dec. consil. 156.

Declaratur autem primo hæc conclusio, ut non  
89 procedat, † ubi pensio imposita fuit libera ab omni onere etiam decimæ, cum Papa possit quem privilegiare, ne solvat decimam; ita in specie Bellenz. d. trad. q. 58. num. 3. Gig. d. q. 59. num. 6. idq. admittit Rot. d. decif. 161. num. 2. opt. text. in c. cum instantia, de cens. ibi, nisi forte per speciale privilegium sedis Apostolica, &c. accedentes, de prescript. ibi, nisi per speciale privilegium Apostolica sedis; quo utroque loco loquitur. Pontifex de procurationibus debitibus legatis, & nuncis Aposto-  
90 licæ sedis; unde etiam colligi potest † generale privilegium non sufficere, quod & in specie tradit Bellenz. d. q. 58. num. 1. & 2. quæ tamen declaratio restringitur nisi eidem exemptioni per Pontificem postea deroge-  
91 tur † cum clausula, quorum tenores, &c. ut in specie pro-  
bat Rot. d. decif. 161. nu. 1. & seqq. junctu iu. qua de vi-  
92 † hujus clausula tradit Bald. & Collect. in c. dilecta, de  
prescript. Io. An. cons. 56. late inter alios. Ant. Gabr. com.  
conclus. lib. 5. tit. de clausul. concl. 5. Extenditur autem  
93 primo hæc ipsa declaratio, quod, † si Papa dedisset au-  
toritatē collectori exigendi decimam super proven-  
tibus, ac redditibus beneficiorum, à quibus cunq; per-  
sonis, non obstantibus quibuscunque privilegiis, ad-  
huc non poterit cogere hujusmodi pensionarium, qui  
pensionem habet exemptionem ab omni onere ad solven-  
dam decimam, ut in terminis monet Gig. d. q. 59. num. 9.  
per ea, conſ. 10 benefici cimam molest ampliu trad. pe beat an lius, de q & 4. Pe tione p solutio Dec proced torum & est te rici, ubi fiaſtici cedunt quod re etiam n summa erit dec retulim u; Ide penſio i perte ex ſione † vel obſe gloss. I. d. & vide ſoniſ ali ſ. praceo Decl ſionarii veritas, de bene T E I per

per ea, quæ tradididerunt Alex. conf. 110. vol. 4. & Card. conf. 101. in princ. Extenditur secundo, quod si Rector 94 beneficii fuerit gravatus ad solvendum integrum decimam, non poterit pensionarius à collectore ulterius molestari ad illius solutionem, cum semel decimatum amplius & non debeat decimari, cap. tua nobis, cum ibi 95 trad. per Doct. res, de decim. & semel exactum non debeat amplius exigiri, c. bona fides de reg. jur. in 6. cum aliis, de quibus per Gig. id in specie tradentem, d. q. 59. n. 3. & 4. Poterit rāmē Rector beneficii eo casu futi reten- 96 tione pro rata decimæ solvendas per pensionarium in solutione pensionis, ut monet Gig. ubi supr. n. 5.

Declaratur secundo principalis conclusio, ut non procedat, & ubi pensio non excederet summam ducatorum septem, ut in specie limitat Gig. d. q. 59. num. 7. & est rex. expressus in d. extravag. & seculares quoq; cleric. ubi dicitur, quod seculares clerici, quorum ecclesiastici redditus summam ducatorum septem non excedunt, annuam decimam solvere non tenentur; quod tamen & restringitur, nisi plures hujusmodi, vel 98 etiam minores pensiones obtineret, quæ simul dictam summam excedunt; tunc enim de omnibus solvenda erit decima per rex. express. in seqq. verbis, d. extrav. que retulimus q. preced. concl. 1. vers. Tertio seculares clerici; Idque procederet & etiam si fuisset assignata talis 99 pensio in beneficium, ut ibid. dicit Gig. & colligitur a parte ex d. extrav. loc. cit. non procederet autem in pensione & alicui assignata ob remunerationem laborum, 100 vel obsequii, aut serviti præstigi, vel p. æstandi, ut post gloss. 1. d. clem. fin. & ibi Imol tradit Gig. d. q. 59. num. 8. & videtur rex. satis apertus, d. extrav. vers. si autem personis aliquibus, cuius versi. verba retulimus, supr. concl. s. preced. questionis.

Declaratur tertio, non procedere in Cardinali pen- 101 sionario, ita in specie docet Gig. d. q. 59. num. 10. cuius rei veritas, & confirmatio ex eo pender, quod mox dicam de beneficiis Cardinalium in quinta concl.

TERTIA CONCLUSIO. Quæ cum sequenti ex-  
T tensio-

tensiones quædam sunt ad præcedentem conclusio-  
 nem. Excommunicatio lata per collectorem decima-  
 rum contra pensionarium, cui reservata est pensio li-  
 bera ab omni onere decimatum, ob non solutionem  
 decimæ ad ratam pensionis, est ipso jure nulla; ita in  
 specie tradunt Bellenz d. tract. de subsid charit q. 24. &  
 Gig. d. tract. de pens. q. 60 per totam; idem quoq; tenuit  
 Cald. de senten. excommun. conf. 9. ubi dicit, † quod si  
 Collector decime, volens decimam exigere à religiosis,  
 exemptus ab ejus solutione, eis privilegium suam allegan-  
 tibus, eosdem propter hujusmodi denegationem solutionis  
 excommunicet, excommunicatio erit ipso jure nulla; ad  
 idem opt. text. in c. cum ad quorundam, de excess. pri-  
 lib. ubi declaratur nulla excommunicatio Prælati exigen-  
 tis procurationem ultra juris formam, aut speciale pri-  
 vilegium Apostolicæ sedis † lata contra non solventes  
 hujusmodi excessivam procurationem; quod idem de  
 procuratione ultra juris formam adnotavit Innoc. in c.  
 cum Apostolus, de cens. Alia ad id leviora addunt Gig.  
 & Bellenz. loc. cit. quos videoas si lubet.

QUARTA CONCLUSIO. Si clericus privilegia-  
 tus, ut non teneatur solvere decimam de pensione,  
 molestetur à collectore, & solvat cum protestatione,  
 quod per talem solutionem non intendit præjudicare  
 suo privilegio, talis protestatio † eum juvat; ita in spe-  
 cie tradit Gig. d. tract. de pens. q. 61. idem † de privile-  
 giato, ut non solvat charitativum subsidium, docet  
 Bellenz, d. tract. de charit. subsid. q. 61. opt. text. in l. 1. &  
 quod ibi not. Bart. C. de ius, qui sponte publ. mun suscep-  
 ubi veterani, qui patiuntur, se decuriones fieri, si id fa-  
 ciunt cum pacto salvo privilegio suo, illud non amit-  
 tunt; idem quoque probatur ex Rom. conf. 253. incipit  
 pro decisione proposita consultationis, dub. ultim. ubi id  
 adstruit de solutione quorundam onerum facta per  
 homines habentes immunitatem. Idem quoque eit †  
 ubi nulla protestatio accessit, sed per vim extortafuit,  
 ut in prædicto casu sentit Rom. & in casu charitativi  
 subsidii Bellenz. loc. cit. & est de hoc opt. text. in l. cura  
 exiit

exeruendi, circa princ. vers. nec si per vim extortum, ff. de  
mun. & honor. Si autem † pensionarius, aut alius pri- 108  
vilegiatus exemptus à solutione decimarum sponte, &  
sine ulla protestatione solvat, an tunc sibi præjudicet,  
hoc pendet ab illa quæstione, an † per unicum actum 109  
contrarium, quis suo privilegio renunciare videatur,  
de qua per Doct. d. l. 1. & cap. cum accessissent, de constit.  
Bartol. l. beneficium, & ibi Alex. de constit. Princip. Cyn.  
in leg. voluntarie, Cod. de excus. tutor. Card. in clem.  
sepe, §. si tamen, q. 2. de verb. sig. Innoc. in c. accedentibus,  
de privil.

**Quinta conclusio.** Probabilius mihi est,  
Cardinales † non teneri solvere decimā de suis bene- 110  
ficiis, ita expresse tradit Lanc. Conr. in Templ. omn. jud.  
lib. 2. c. 3. quod est de Card. §. 2. n. 20. idem sentit Gig.  
d. tractat. de pens. q. 59. num. 10. dum ibi tuerit, Cardi-  
nalem pensionarium non teneri contribuere ad Papa-  
lem decimam pro rata pensionis; idem quoque in † 111  
charitativo subficio generali à Papa imposito, quod  
ab eo immunes sint Cardinales ratione suorū benefi-  
ciorum, latius probat Rom. conf. 493. incip. in casu, quo  
quaritur. Ratio vero conclusionis illa est, quia proba-  
bilius etiam est, Cardinales † in materia præcipue pœ- 112  
nali, & revocatoria privilegiorum non comprehendendi  
in generali constitutione Papæ, nisi de iis fiat specialis  
mentio, ut singulariter concludit Io. Monach. quem se-  
quitur Io. An. in c. un. de schismat. in 6. Idem Io. An. in c.  
quia periculorum, de sentent. excom. in 6. Barb. de præst.  
Card. q. 12. col. 2. vers. primo faciunt. Unde etiam † non 113  
comprehenduntur in regulis cancellariæ, ut voluit Abb.  
e. i. de excess. prælat. in princ. Barb. c. in nostra, col. 2. de re-  
script. late Anchæ. conf. 295. & 297. & alii apud Go-  
mez. in procœm. reg. cancell. q. 4. in princ. & vers. tertius  
casus, & reg. de infir. q. 3. ubi Mandos. q. 2. Rebus. in con-  
cord. rub. de colla. §. si quis vero, verbo, Cardinalatus,  
& est communis opinio test. Gig. d. q. 59. in fin. & Lanc.  
Conrad. d. cap. 2. §. 2. n. 8. Pro quo etiam maxime fa-  
cit, quod Cardinales † sunt pars corporis Papæ, c. fe- 114

licis, de pœn. in 6 & ibi not. Archid. & Io. An. Host. in e. antiqua, de privit. Io. Monach. d. c. i. de schismat. in 6. & 115 Io. de Lign. in c. 2. de cler. non resid. & dicuntur † filii pri-  
 mi gradus, Io. An. & Imol. d. c. felicis, & Cardinales à  
 116 summo Pontifice vocantur † filii, sicut Episcopi vo-  
 cantur fratres, c. Raynaldus, de testam. & c. quam gravi,  
 117 de crim fals. cum utrobiq. not. per Doct. tributa † vero,  
 & collectæ à filiis non exiguntur juxta illud Domini  
 Matth. 17. Reges terra à quibus accipiunt tributum vel  
 censem, à filiis suis an ab alienis? & cum respondisset  
 Petrus, ab alienis, subjecit Dominus, ergo liberi sunt  
 sunt filii: faciunt & alia, de quibus per Rom. & Gig. loc.  
 cit. quæ conclusio, quamvis probabilis sit, & satis ni fal-  
 lor roborata; dubia tamen redditur per ea, quæ volu-  
 Fel. in c. cum in jure peritus, de off. deleg. c. ad aures, ver-  
 octava conclusio, de rescript. & c. quod super his, colum. 3.  
 118 de fid. instr. Quibus locis tradit, Cardinales quoque  
 sub generali constitutione comprehendendi, quod & alii  
 voluerunt, quos recensent Mandos. & Gomez. ubi supra,  
 & ubi versatur publica utilitas & favor, tradide-  
 rūt Rebus. d. § si quis vero, verb. Cardinalatus, Gomez.  
 d. q. 4. in proœm. reg. & reg. de infir. q. 3. aliqui quos re-  
 fert, & sequitur Bellenz. d. tract. de subsid. charit. q. 66.  
 fere per totum, ubi contra Rom. in conf. alleg. probare  
 119 contendit, † ipsos quoque S. R. E. Cardinales teneat  
 contribuere ad præstationem generalis subsidii qui-  
 busunque beneficiatis per Papam impositi pro expe-  
 ditione contra infideles, ea potissimum ratione, quia  
 120 nullus major † favor est, quam fidei, c. Iudai. 28. q. 1. f.  
 2. de controvers. infid. cum simil. per eum alleg. dispositio  
 121 autem favorabilis comprehendit etiam Cardinales, ut  
 prater eos, quos ipse adducit, voluit etiam Gomez. d. q. 4.  
 in fin. Cui tamen rationi facile satisfieri potest: etenim  
 admittendo priorem propositionem, distinguimus  
 posteriorum; Nam favorabilis constitutio quamvis  
 generalis comprehendit etiam Cardinales, ubi vel im-  
 mediate agitur de eorum favore, prout loquitur Gom.  
 & alii, vel directe de favore fidei, cultu divino, au-  
 g. 201.

animat  
 legati.  
 nerale  
 tem, ad  
 est pro  
 immedi  
 lus anin  
 jusmodi  
 clausula  
 dignitat  
 per eas  
 in Rot. te  
 nales, &  
 summis  
 decimam  
 ne adje  
 ecclesiæ  
 dæ d. gn  
 bullis d.  
 VIII. q.  
 pro exp  
 dero im  
 mis forf.  
 S E X  
 ciales † c  
 in certo  
 rum sole  
 Bellenz.  
 tur Rem  
 cima Pa  
 Bellenz.  
 mig. eod.  
 nis est, q  
 ordinari  
 sit, non i  
 canone,  
 publ. lib.  
 annuam

animatum salute, prout loquuntur Doct per Bellenz. allegati. In casu autem nostrio, quamvis decima, aut generale subsidium, imponatur propter publicam utilitatem, ad propulsandos hostes fidei, tamen neque certa est pro Christianis victoria, neque ex ea necessario, & immediate sequitur augmentum divini cultus, aut salus animarum. Non negaverim tamen, quin si in hujusmodi impositione apposita fuerint generales illæ clausulæ, *cujuscunq; status, præminentia, gradus, vel dignitatis existant, comprehendantur etiam Cardinales, per eas enim illos quoque † contineri decretum fuit* 122. *in Rot. teste Gomez d. q. 4. vers. quantum vero ad Cardinales, & q. 5. in fin. Sed quicquid sit, hodie semper à summis Pontificibus in hujusmodi impositionibus decimarum † eximuatur Cardinales ea expressa ratio-* 123 *ne adjecta, ob assiduos, magnosque labores, quos ipsi ecclesiæ universali impendunt, & gravissima, quæ tuendæ dignitatis causa sustinent, onera, prout ego vidi in bullis decimarum, tam olim à felic. record. Gregor. VIII. quam etiam nuper à S. D. N. Clemente VIII. pro expeditione belli contra Turcas universo Italæ dero impositorum. Atque hæc de hac conclusione nimis forsan prolixe dicta sunt.*

**SEXTA CONCLUSIO.** Collectores, vel alii officiales † deputati ad colligendas seu exigendas decimas 124 in certo loco, si ibi sunt beneficiati, sunt exempti ab eam solutione; ita de charitativo subsidio voluerunt Bellenz. d. tract. de charit. subsid. q. 5 & quem etiam sequitur Remig. in simil. tract. q. 50. quod idem erit de decima Papali, ad quam à charitativo subsidio † arguit 125 Bellenz. d. tract. tum q. 37. tum in aliu frequenter, & Remig. eod. tract. q. 37. num. 25. Ratio autem conclusio-  
nis est, quoniam decima hæc † munus, seu onus extra- 126 ordinarium est; ad hoc enim ut munus † ordinarium 127 sit, non solum requiritur, quod imponatur à lege, vel canone, l. i. ubi gl. ss. Bart. & ceteri, C. de vacat. mun. publ. lib. 10. sed etiam requiritur, quod habeat certam annuam, & regularem præstationem, secundum Guliel.

de Cun. in l. neminem, C. de sacros. eccles. Cyn. in l. voluntarie. q. 1. C. de excus. tut. Bart. l. placet. n. 13. C. de sacros. eccles. & l. 1. colum fin. C. de mulier. & in quo loco, & lib. 10. quod non est in præstatione decimæ, aut charitativi subsidii, quæ non est annua, nec semper uniformis, sed juxta indigentiam, & contingentem necessitatem. Ex quibus, & aliis concludit Bellenz. d. trad. q. 32. charitativum subsidium onus esse, seu munus ex-  
 128 traordinarium, ubi etiam pluribus ostendit † simpliciter exemptum, exemptum intelligi muneribus saltēm extraordinariis; atque ideo regulariter non posse ab exempto exigi charitativum subsidium. At vero collec-  
 129 tores, & alii officiales † sunt immunes à solutione extraordinarii oneris, ut voluit gloss. in l. honorem, ff. de munere & honore. Bart. l. 1. C. de iur. mun. nem. conced. lib. 10. per d. l. honorem, & l. in honoribus, § fin. ff. de vacat. excus. mun. Neque obstat d. l. 1. ubi nemo excusatur, & l. actores, C. de exact. tribut. lib. 10. ubi exactores tributum tenentur ad tributa, respōdet enim Bart. d. l. 1. Bel-  
 len. & Remig. loc. cit. eas intelligendas esse de oneribus ordinariis.

SEPTIMA CONCLUSIO. Ubi Papa, seu Came-  
 130 ra Apostolica † convenit cū clero certæ diœcessis, quod ille clerus solvat sibi nomine decimæ impositæ certam summam, si deinde Papa eximit al. quem, vel aliquos beneficiatos, tenetur adhuc reliquus clerus solvere integrum summam conventam. Ita in specie voluit Bel-  
 len. d. trad. q. 59. quam totam quæst. refert ad verbum, nec dissentit Remig. de Gon. in simil. trad. q. 51. Proba-  
 tur autem p. rea, quæ not. Bart. post Jacob. de Aren. in l. ab omnibus, in princ. per illum tex. d. l. 1. quem sequitur Anchar. in clem. præsenti, de cens. ubi dicunt, quod stante statuto obligatoe Comitatenses ad solvendum salaryum potestati, postea eximitur aliqua villa, ceteri adhuc tenebantur ad integrum salaryum; facit & text. ubi id not. gloss. & Bart. d. l. actores, C. de exact. tribut. lib. 10. ubi habetur, quod exactores onerum ad ipsa te-  
 nentur, ne ipsis astantibus ceteri onerentur; sed latius, & cla-

& clar. ibi Ale-  
 d. clem-  
 tur ab  
 periori  
 casu e-  
 affert  
 aperte  
 7. & 8  
 app. la-  
 de qua  
 char. c  
 quid si  
 jud. in  
 278. a  
 Monti-  
 stione  
 mirur  
 8. de p-  
 læsior  
 fer. &  
 clare c  
 19. di-  
 velle,  
 leg. me-  
 casu i-  
 † pot-  
 appell  
 norm  
 viso i-  
 noxa  
 Ipse v-  
 si pri-  
 pietu  
 portu  
 set, q-  
 l. vau-  
 mitt

& clarius id prosequitur in l. 2. ad fin. C. de epoch. publ. &  
 ibi Alex. in addit. optime etiā facit, quod scripsit Card.  
 d. clemen. præsentि, in fin. ubi dicit, quod si collecte deben-  
 tur ab universitate alicui tanquam superiori, si jure su-  
 perioritatis eximit aliquos à solutione, sicut est Papa, hoc  
 casu exemptio + singulorum non prodest universitati; & 131  
 affert exemplum in procuratione legati: idem quoque  
 aperte sentiunt Abb. in c. accedentes, num 8. & Fel. num.  
 7. & 8. de prescript. post Bald. in cap. 2. requiris, in fin de  
 app. latius pertractantes, & distinguentes hanc materiā;  
 de qua etiam agunt Boich. cap pastoralis, de privil. An-  
 char. cons. 10. 243. & 406. Specul. tit. de cens §. 2. vers.  
 quid si nimis, Doct. d. l. ab omnibus, & l. 4. §. actor, ff. de re  
 jud. inter modernos Petr. Surd. consil. 140. volum. 1. &  
 278. volum. 2. & nuperrime Rolan. Cavag ad decret.  
 Montuf lib. 2. §. 1. q. 10. quos post absolutam hanc qua-  
 stionem vidi. Sed quid si multi eximantur, ita ut alii ni-  
 mirum graventur; Respondet Abb. in c. accedentes, nu.  
 8. de privil. loquens in casu procurationum, modicam  
 læsionem ferendam esse, l. quoties, C. de prec. Imper. of-  
 fer. & not. in c. rescripta, 25 q. 2. & etiam magnam, ubi  
 clare constaret de intentione Papæ, ut in c. memoriam.  
 19. distinet. sed in dubio Princeps præsumitur hoc non  
 velle, l. ex facto, ff. de vulp. & pupill. c. super eo, de off. de-  
 leg. melius in c. suggestum, & c. dilecti, de decim. Quo  
 casu inquit Card. d. c. accedentes, quod reliquus clerus  
 + potest resistere, ne solvat totam procurationem, & 132  
 appellare expressa in appellatione hac causa, quia e-  
 normiter ex hoc gravantur, & debebit Princeps hoc  
 viso privilegia illa revocare, tamquam tendentia ad  
 noxam d. c. suggestum, vel procurationem minuere.  
 Ipse vero Abb. d. c. accedentes, num. 9. distinguit, quod  
 si privilegia fuerunt concessa ad instantiam, tunc exci-  
 pietur, quod emanaverunt per ambitionem, vel im-  
 portunitatem impetrantium, quoniam si Papa scivis-  
 set, quod alia præcessissent, numquam cōcessisset, arg.  
 l. vacuatis, C. de decur. lib. 10. & si hæc exceptio non ad-  
 mittatur, poterit appellari arg. cap. super eo, de offic. de-

*leg.* **Q**uod si privilegia fuerint concessa proprio motu Principis; tunc, inquit Abb. non video super quo fundari possit appellatio, cum contra Principis dispositio nem non sit licitum appellare, sed si nimium gravat, debet implorari remedium à Principe, cuius est decernere de suis privilegiis, *ut not. d. c. suggestum, & c. cum venissent, de iudi.* **Q**uae distinctio quamvis non placeat Bellen. *d. q. 59. num. 4.* & mordeatur etiam à Fel. *d. cap. accedente, num. 8. in fin.* quoniam, inquit, motus pio-

**133** prius † non tollit defectum intentionis Papæ, *ut sen*  
*tit. I. An. in c. si motu proprio, de proba in 6. Host. c. cau*  
*sam, il. 1. de testi. Rot. decis. 6. de probab. in no. Bellam.*  
*decis. 392. & alii passim; mihi tamen sustineri posse vi*  
*deretur, cum quod negari non potest ex motu proprio*  
*tollit omnem subreptionem colligique appetere mentem*  
*Principis, à qua non est in dubio recedendum & gra*  
*tiam vivificari, ut optime probat Cassad. decis. 1. à num.*  
*3. ad fin. sub tit. de rescript. Rot. decis. 29. num. 6. & 8.*  
*de probab. in no. & multos alios effectus salutares pro*  
*ducit, de quibus Doct. d. c. si motu proprio, & Rom. consil.*  
*327. incip. iste sunt rationes. Staphil de lit. grat. & just.*  
*tit. de vi & eff. claus. vers. consequenter, & multus seqq.*  
*Ant. Gabr com. concl. lib. 5 tit. de claus. concl. 2. & Me*  
*noch. tract. de presumpt. lib. 2. presumpt. 13. num. 9. &*  
*seqq. tum quod ex verbis Abbat. apparet non coattinet*  
*ab eo differentiam illam, quod si privilegia concessa*  
*sint motu proprio, non appelletur, si ad instantiam, sic;*  
*Imo in hoc casu vult prius excipi de ambitione, impor*  
*tunitate, & subreptione, quod nimis impetrantes*  
*tacuerint, aut de compositione facta, aut, quod aliis*  
*similis gratia facta sit, quæ possent Principem retar*  
*dare à concessione, juxta opt. text. in c. postulasti, & c.*  
*super literis, cum ibi not. per gloss. & Doct. maxime Fel.*  
*num. 8. de rescript. quod si non admittatur hæc exce*  
*ptio, tunc inquit Abb. posse appellari, quod non poter*  
*it, ubi per motum proprium exemit aliquos, nam in*  
*dubio standum erit verbis Principis; poterit tamen ad*  
*eum supplicari, quod tandem admittit & monet ipse*  
*Fel.*

*fel. d. c.*  
*erit pri*  
*etiam*  
*præsur*  
*state, a*  
*subseq*  
*s. tit. de*  
*dictis, c*  
*stam, d*  
*tur reli*  
*tionem*  
*vanda*  
*puto e*  
*licet B*  
*tunc sc*  
*ante co*  
*vident*  
*velen*  
*ventio*  
*latius*  
*8. depr*  
*eccl. c*  
*ventio*  
*ter se o*  
*di pot*  
*d. l. eti.*  
*Auth.*  
*hac, ve*  
*mus qu*  
*tendu*  
*liquos*  
*non au*  
*gitur e*  
*quitur*  
*fiat ex*  
*Bellen*  
*tendu*  
*hujus*

Fel. d. c. accedentes, num. 8. multo vero magis standum  
 erit privilegio, ubi adsit clausula ex certa scientia, hęc  
 etiam viam p̄xcludit † ulteriori cognitioni, & facit 134  
 p̄sumere, quod Papa voluerit uti plenitudinis pote-  
 state, ut late ostendit Staphil. de vi & effect. claus. vers.  
 subsequenter, num. 6. & seqq. Ant. Gabr. com. concl lib.  
 s. tit. de clausul. concl. 1. Illud ergo certum sit ex supra-  
 dictis, quod si Papa post conventionem cum clero fa-  
 stam, de certa summa aliquos eximat à decima, tenen-  
 tur reliqui, nisi nimium inde graventur solvere por-  
 tionem exemptorum; quod si nimium graventur, fer-  
 vanda erit distinctio Abb. superius opposita. Idemque  
 puto etiam si aliquis eximisset ante conventionem,  
 licet Bal. in l. etiam, colum. ult. C. de execut. rei jud. velit,  
 tunc solum onus spectare in solidum ad alios, quando  
 ante conventionem sunt exempti; quod idem tenere  
 videntur alii; quibus optime satisfacit Bellen. loc. cit.  
 velenim loquuntur de onere, quod solvit ex con-  
 conventione alteri privato, aut ex consuetudine; quod &  
 latius prosequitur distinguendo Abb. d. c. accedentes, nu.  
 8. de pr̄script. & c. pervenit, num. 16. & seqq. de immun.  
 eccl. quando autem facta est d. compositio, seu con-  
 ventio, qualiter † debeant illi, qui composuerunt in- 135  
 ter se onus decimæ inter se compositæ dividere, deci-  
 di potest ex not. per Bart. d. l. 4 §. actor. ff. de re jud. Bald.  
 d. l. etiam, colum. ult. & fin. C. de execut. rei jud. & in  
 Auth. defuncto. C. ad Tertull. gloss. in c. cupientes, §. ad  
 hac, verbo, discreta, de elect. in 6. nos de hoc aliquid dice-  
 mus qu&st. seq. conclus. 2. Interim vero illud p̄termin-  
 tendum non est, posse Episcopum una cum clero † a. 136  
 liquos eximere ex clero à decima Papali ad sui ipsius,  
 non autem Cameræ Apostolicæ p̄judicium, ut colli-  
 gitur ex Card. d. clem. p̄senti, de cens. & latius prose-  
 quitur Bellen. d. tract. q. 60. ubi tamen vult, quod id  
 fiat ex causa; quod etiam liquet ex iis, que tradit idem  
 Bellen. d. tract. q. 47. & Specul. d. tit. de cens. §. nunc di-  
 cendum, vers. quid si universitas. Pro complemento  
 hujus questionis videri possent nonnulla, Primo, † An 137

T 5 excom-

excommunicatus; Secundo, an intrusus, nullumque  
 138 habens jus in beneficio; Tertio, † an successor in be-  
 neficio, vel præcessor, ejusve heredes teneantur ad sub-  
 sidium seu decimam Papalem. Verum ne longum fa-  
 ciam, remitto te ad ea, quæ in materia charitativi sub-  
 sidii de excommunicato tradiderunt Bellenz. d. trad.  
 de charit. subsid. q. 33. Remig. de Gonn. q. 40. de intruso,  
 seu etiam de eo, qui sine culpa non possidet. Bellenz. q. 34.  
 Remig. q. 41. & 42. de successore. Bellenz. q. 51. Remig. q.  
 43. ubi id late & optime expediunt.

Q<sup>U</sup>ARTO. De modo servando in soluti-  
 ne decimarum Papalium.

PRIMA CONCLUSIO. Regulariter non potest

139 † collector decimarum componere cum iis, qui solve-  
 re debent, de aliqua certa summa, nisi hoc specialiter  
 sit ei demandatum; ita habetur in cit. extrav. un. Bonif.  
 VIII. quam nemo ad hoc allegavit, de decim. ad fin. ver.  
 illi quoque, inter commun. in hac verba, Illi quoque, qui  
 dubitati fuerant ad collectionem decime cum eis, qui  
 debent solvere decimam, de aliqua certa summa solven-  
 da, pro decima nequeunt convenire. Idem not. Bellenz.  
 d. trad. de charit. subsid. q. 48. num. 8. Remig. q. 46. num.

140 Quod tamen declaratur primo, nisi etiam haberet †  
 generale mandatum cum libera, ut ibid. Bellenz. &  
 Remig. adnotarunt per tex. in c. qui ad agendum, in si. de  
 procur. in 6. & l. mandato generi, ff. de procurat. cui ergo  
 addo tex. sing. in l. procurator cui, ff. eod. Declaratur lo-

141 cundo, nisi haberet † generale mandatum ad exigendu-  
 m ubique locorum, vel saltem alicujus magnæ  
 provinciæ, eaque compositio tendere ad commodum  
 Papæ, seu Cameræ. Illa Bellenz. d. n. 8. per text. in l. nam  
 & nocere. ff. de pact. & l. cum hi. §. eam transactionem. ff.  
 de transact. l. non eo minus, C. de transact. gl. in c. 1. ver-  
 bo, vacante, ne sed vac. facit & tex. in l. solutu. §. fin. cum  
 leg. sequenti, qua incipit vel universorum, ff. de pign. ad.  
 l. iusjurandum, quod ex conventione, §. fin. ff. de jurejur.  
 & in l. adiles, la. 1. §. procuratoris, ff. de adil. edict. Quod

142 idem fortius † dicendum esset in Camerario Papæ,  
 qui

qui est Præpositus, & quasi administrator bonorum Papalium temporalium, *ut ibid. tradit Bellenz. per opt. tex. in l. i. in princ. ff. de off. procur. Cæsar.* Princeps vero secularis, cui per Papam ad tempus concessæ fuerunt decimæ beneficiorum sui dominii, *juxta text. in clem. fin. & ibi gloss. & Doctor. de decim. licite potest † 143.* componere super decima cum beneficiatis; *ita Bellenz. d. q. 48. n. 10. quod etiam ante eum docuit Paul. d. clem. fin. & ibi Card. q. 5.*

SECUNDA CONCLUSIO. Quoad distributionē oneris decimæ inter beneficiatos non exemptos mihi viderur † ita distinguendū; aut enim imposita fuit 144 decima, seu plures decimes super vero valore beneficiorum, non obstante quacunque taxa; aut sumus in casu, quo taxa servanda est *juxta ea, quæ dicemus in sequen. conclusione.* Primo casu, siquidem † nulla compositio 145 super inde fiat cum Camera Apostolica, singuli tot decimas solvere debebunt Collectorū de vero valore reddituum suorum beneficiorum, quot impositæ fuerunt; solventium tamen decimam, electioni, seu arbitrio committetur, utrum ipsam velint solvere per totum tempus, quo durabit decima pro rata proventuum, quos singulis annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an per ipsum tempus pro rata communis æstimationis proventuum corundem; sed una via electa non licebit alicui variare ad aliam recurrendo; fieri que & redigetur per Collectorē in scriptis electio hujusmodi expresse in prima solutione decimæ supradictæ; alioquin *juxta æstimationem communem per totum tempus solvere* tenebuntur; Illi autē qui elegerint solvere decimam, pro rata corum, quæ percepérint annuatim, vendere debent proventus beneficiorum suorum, quæ personalem residentiam non requirunt, & solvent decimam pro solo præcio, quod receperint de eisdem, dum tamen in fraudem decimæ nihil agatur: *Quæ quidem moderatio, ac declaratio ad verbum habetur in d. extra v. unic. circa princip. vers. solventium decimam, cum sequenti, qui incipit, Declaramus autem.*

Rursus.

Rursus si compositio aliqua facta est cum Camera in certa summa, ad ratam veri valoris cuiusque beneficii in singulos eadem summa erit distribuenda. Secundo vero casu, ubi servanda sit aliqua taxa, & ad sit similis compositio, tunc sive ea præscripta sit, sive non, dummodo sit rationabilis, in singulos quoque beneficios ad ratam ejus, quod in taxa descriptum est, summa conventa dividenda erit, prout nuperime factum est in compositione diœcesis Mediolanensis super decima imposta per S. D. N. Clem. VIII. Si autem nulla ad sit compositio, solvere quisque debebit decimas impositas, juxta legitimam, consuetam, & præscriptam ratam, cum tuac agatur de præjudicio Cameræ Apostolicæ, de qua taxa latius dicam in 4 conclus. Quod

146 vero regulariter † ad ratam beneficii solvi debeat decima, probatur ex l. rescripto, ff. de munere. & honor. ex qua not. Bart. in l. 4. §. actor. num. 4 ff. de re jud. in dubio collectam imponi pro juribus patrimonii; quod idem not. Bald. ad id allegans alia jura in l. etiam, colum pen. & fin. C. de execut. rei judic. Est autem decima Papalis onus mere patrimoniale, ut tradit Bart. in l. placet, nn. II. C. de sacros. eccles. faciunt & opt. text. in c. sopita, &c. cum instantia, de cens. per quæ jura gloss. post alios ins. cupientes, §. ad hac, verbo, discreta, de elect. in 6. distinguens de triplici genere expensarum; dicit, quod in expensis, quæ fiunt in causis vel negotiis, generaliter ad totam ecclesiam pertinentibus, sit contributio secundum facultates, ut qui plus habet, plus solvat; pro quo etiam alia quædam similia adducit, quæ multum non urgent.

TERTIA CONCLUSIO. Decimæ Papalis solutio  
147 † fieri debet, non ex ipsis rebus, quæ percipiuntur de proventibus, puta in vino, grano, &c. sed in pecunia numerata; ita expressis verbis disponitur in d. extravag. unic. vers. fiet autem solutio, idq; etiam adnotavit gloss. d. clem fin. verbo monetam, & ibi alii, de decim. Bellenz. d. tract. de charit. subsid. quæst. 83. Exhiberi autem non  
148 debet decima, nisi in pecunia, quæ communiter †

curat

currat de mandato domini terræ, & quæ est moneta  
in locis, in quibus consistit fructus, & redditus, unde  
decima persolveretur; neque aliqui cogi debent † eam 149  
pecuniam cambire, seu permutare; ita quoque decer-  
nitur in ead. extrav. vers. pro decima, & not. Doct. com-  
munit. d. clem. fin. Quid autem dicendum sit, si duæ  
monetæ pariter † currant in loco communiter, alte- 150  
rave magis; aut si post tempus taxationis, vel dati pri-  
vilegii minoretur, aut alias mutetur, quomodo facien-  
da sit solutio; & de aliis similibus quæstionibus, quo-  
niam non ita necessariæ, & quotidianæ sent, remitto  
te ad not. per gloss. & Doct. maxime vero Card. Imol.  
& Anch d. clem. fin. de decim. Bellenz. d. tract. q. 84. 86.  
& 87. & Doct. quos ii allegant, & Ant. Gabr. com. concl.  
lib. 3. tit. de solut. concl. I. & seqq.

QUARTA CONCLUSIO. Quamvis nulla taxa  
† attendi debeat in solutione decimæ, ubi Papa eam 151  
imponit, & exigi expresse vult non attenta ulla taxa,  
etiam consueta, & legitime præscripta, tum quod de-  
cima hæc intelligitur habito respectu ad veram quan-  
titatem fructuum, ut inter ceteros docet Bellen. d. tract.  
q. 82. num. 9. tum propter plenam, & absolutam pote-  
statem, quam habet summus Pontifex in beneficiali-  
bus, de qua per tex. & Doct. in c. 2. de præbend. in 6. Ant.  
Gabr. com. concl. libr. 3. tit. de jur. quas. non toll. concl. I.  
nu. 9. latissime Petr. Cened. in Collect. ad jus can. collect.  
21. numero 1. 3. par. attamen, ubi simpliciter imponitur  
decima super beneficii, eorumve redditibus, & fructi-  
bus, tuuc † attendi potest, ac debet taxa beneficiorum 152  
consueta in partibus, ut habetur in clem. fin. de benef.  
quæ loet vere loquatur solum in decimis beneficio-  
rum, quæ aliis conceduntur, nihilominus Doctor. ibi  
communiter eam etiam intelligunt in decimis, quæ  
per Papam exiguntur. Imo id quoque aperte colligi-  
tur ex ipso text. dum dicit, secundum taxationem de-  
cima in illis partibus consuetam, communiter illa deci-  
ma levare poterit, & debet; supponitur enim esse taxa  
aliqua in partibus, qua seruetur in exactione decima,  
que

qua per summum Pontificem exigitur; quod idem habetur in extrav. postulasti, de præbend. & dig. in commun. ibi, super fructibus beneficiorum, qua illa reperies in solutione decima, juxta verum taxata valorem, &c. non in extrav. Io. 2. 2. qua incipit suscepiti, de elect. qua se re ad verbum repetita est sub tit. ne sed vac. & pariter incipit suscepiti, in extrav. un. inter commun. vers. nos de illo, ibi, nihil exinde ultra summā, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum consuevit in decima solutione taxari, &c. Dicitur autem † hæc taxa consueta, quæ est legitime præscripta per 40. annos, ut not. gloss. a. clem. fi. in verbo, consuetam, quam ibi sequuntur Doct. communiter, alia gloss. quam nemo allegavit in d. extrav. suscepiti, vers. nos de illo, in ver. consuevit. sub tit. ne sed. vac. in commun. eandem sententiam sequitur communem eam dicens Bellenz. d. tract. q. 82. num. 8. & 13. pro qua etiam est optimus tex. in c. cum de beneficio, de præben. in 6. ubi consuetum dicitur, ubi legitima præscriptio est completa; legitima autem præscriptio

154 † in rebus ecclesiasticis est quadragenaria, ut patet ex c. dilecto, & c. ult. de consuet. c. cumana, de elect. c. cum ecclesia, de caus. possess. & propr. juncto cap. de quarti, & c. ad aures, de præscript. & ubiq; per Doct. Et ratio etiā ejus sententia esse potest, sive quia consuetudo hæc sit contra ius, quoniam de jure decima solvi debeat, habito respectu ad veram quantitatem fructuum, redditum, ut dictum est; ideoque consuetudo, quod steratur taxationi præcise non attento valore fructuum, & eorum quantitate, satis possit dici contra ius commune, atque adeo requiratur in ea tempus 40. annorum, juxta text. cum ibi not. per Doct. communiter in c. fin. de consuet. sive quia hæc consuetudo, licet non sit contra ius, tamen tangat jus ecclesiasticum, earumque bona, ideoque requiratur † spatium 40. annorum, juxta sing. Rot. Rom. decis. quæ est 6. de consuet. in no. Innoc.

in c. cum dilectus, ad fin. de consuet. & ibi Host. & Io. An. cum alius adductus per Bellenz. d. q. 82. num. 6. & latius per nos in tract. de Option. 6. 2. q. 2. num. 9. Quod vero

agatus

agatu  
exced  
poteſ  
ctuū  
casu;  
judici  
atting  
stat, q  
vione  
cauſa  
cæ. Se  
agiru  
mojo  
ſtiani  
quire  
dit D  
reg. ja  
cente  
præſe  
eccl. c  
ibi no  
præſe  
præju  
tio 4  
cim. o  
posſeſ  
neſſi  
14. ub  
tis, qu  
ſint,  
quali  
cept. &  
aperti  
cim. q  
62. n  
actus  
40. ai  
len. 4

agatur de præjudicio ecclesiarum paret: aut enim taxa  
excedit verum annum valorem, prout contingere  
potest propter decrescentiam, ac diminutionem fru-  
ctuum ex alluvione aliqua partis bonorum, aut simili  
casu; vel de hoc etiam dubitatur, & tunc agitur de præ-  
judicio illarum singularum ecclesiarum: aut taxa non  
attinet verum annum valorem, sed ab eo longe di-  
stat, quia valde excreverint fructus, quoniam ex allu-  
vione pars bonorum, & fundi accesserit, similive de  
causa; & iunc agitur de præjudicio Cameræ Apostoli-  
cæ. Sed quia de modico † præjudicio ecclesiæ Romanæ 156  
agitur, minusque principaliter, cum neque de perpe-  
tuojure illius agatur, & ut plurimum ad opem Chri-  
stianis Principibus ferendam imponatur; ideo non re-  
quiretur centenaria præscriptio, iuxta ea, quæ late tra-  
dit Didac. Covar. relect. reg. Possessor, 2. par. §. 2. n. 6. de  
reg. jur. in 6. cum alioqui contra Romanam ecclesiam  
centenaria præscriptio requiritur, cum de ejus juribus  
præscribendis agitur, Auth. quas actiones, C. de sacros.  
eccl. c. ad audientiam, & c. cum nobis de præscript. cum  
ibi not. per Doct. Illud ergo expeditum sit, † taxam nisi 157  
præscripta sit 40. neque beneficiatis neque Cameræ  
præjudicare; ubi vero taxatio non esset observata spa-  
tio 40. annorum dicunt Doct. in illa clem. fin. de de-  
cim. quod collector non teneretur stare illi taxæ, sed  
posset exigere decimam, secundum verū valorem be-  
neficiorum; quibus tandem accedit Bellenz. d. q. 82. n.  
14. ubi num. 11. idem jure optimo statuit in beneficia-  
tis, quod neque ipsi illi taxæ teneantur stare, sed pos-  
sint, si velint, solvere secundum verum valorem, ut æ-  
qualitas servetur, c. 2. de mut. pet. & c. cum inter, de ex-  
cept. & tot. tit. ff. quod quisq; iur. cum similib. idq; satis  
aperte tener gloss. d. clem. fin. verbo, taxationem, de de-  
cim. quam sequitur inter alios Gig. tractat. de pension. q.  
62. n. 13. Difficultas vero non levis est, utrum unicus  
actus solutionis sufficiat, post quem transacti fuerint  
40. anni, an vero plures requirantur? Et quidem Bel-  
len. d. q. 82. num. 12. & duobus seqq. aperte tenere vide-  
tur,

tur, quod non sufficiat unicus per tex. in c. olim, de cen-

si. ubi inquir, in solutione census non attenditur ultima praestatio, sed quod fuit observatum  $\frac{1}{2}$  ratio 40. m-

norum; quod etiam ex eo confirmari potest, quod con-

158 suetudo  $\dagger$  regulariter per unicum actum non induc-

tur, l. 1. & 2. C. quæ sit long. consuet. cum aliis per nos ad-

ductis in d. tract. de Opt. c. 2. q. 2. num. 30. & consuetum

159 in pluribus juribus  $\dagger$  verificari voluit Roch. Curt. adin.

de consuet. in prefat. numero 32. & 34. post Bart. in l. C.

quom. & quan. jud. & pertex. d. l. 1. & l. 3. C. de Epis. aud.

160 Contrarium tamen  $\dagger$  ego puto verius, tum per ea quæ

ipse Bellen. arguendo adducit, neque solvit, nimis

pertex in l. mella, & sed si alimenta. ff. de alimen & cib

leg. l. si mulier, in princ. ff. de relig. & sumpt. funer. ubi in

161  $\dagger$  solutione, aliisque in rebus attenditur, quod ultim

est observatum; & per id, quod not. Bal. in l. binos, ver-

sed ponamus, C. de advoc. divers. jud. ubi ait, quod si of-

ficiali promissum fuit salaryum consuetum, & reperi-

tur, quod vario modo præteritis temporibus fuit so-

lutiū, intelligitur promissio de salaryo, quod ultimi

loco fuit solutum officiali; tum quod quisque manu-

162 nendus est  $\dagger$  in sua possessione, c. consultationib. de

163 jure patr. & c. cum olim, de ca. possess & propr. & tunc  $\dagger$

unicus actus præjudicat, per ea quæ tradit Curt. c. fi-

sect. 4. num 79. 81. & 82. ex nuper impressis, de conju-

tum ex auctoritate Rot. Rom. in decis. 44. de concess.

præbend. alias 66. in antiqu. & incip. nota, quod ubi bene-

164 fuium, ubi not. quod  $\dagger$  si beneficium est semel taxatum

per illos, qui potestatem taxandi habent, ex tali tax-

atione beneficium videtur taxatum, nisi aliquis actus

interveniat contrarius taxationi; & posito quod per

multos annos stetit, quod decima pro illo beneficio

soluta non fuerit, nisi pro illa vice, pro qua fuerit tax-

atum, non ideo minus vires habet taxatio semel facta,

quia si postea Papa non indiguit decimis, non propri

hoc videtur reniisse, quin taxatio prius facta valeat;

arg. l. in filiis, C. de decur. lib. 10. Haec sunt verba Rot.

ex quibus colligit Bellen. loc. cit. eam sentire, quemli-

bet

dendi

co, po

44. ab

ni sen

nio ce

cum a

inqui

sucto

eur, d

uno,

rector

ut pre

ponit g

tum i

ex uni

etiam

Quo

aut in

rit spa

ut in c

aliquo

sint, ta

ctores

Bellen

hoc in

ficii pe

valere

mento

postea

taxari

iū, c. si

monte

Galii

ut pri

fellit E

Doct.

tamen

betactum ultimum taxationis intra 40. annos atten-  
dendum esse; sed ego potius eam intelligo de actu uni-  
co, post quem transacti deinde sint multi anni, hoc est  
44. absque ullo actu contrario, ne aduersetur commu-  
ni sententia. Quæ etiam tam Rotæ, quam nostra opi-  
nio contra Bellen. optime comprobator ex tex. in d.c.  
cum de beneficio, in primo respons. de præbend. in 6. ubi  
inquit Bonif. VIII. cum de beneficio ecclesiastico con-  
suetudo clericis secularibus assignari, provideri manda-  
tur, de illo debet † intelligi, quod tanto tempore ab 165  
uno, vel pluribus secularibus clericis institutis in eo  
rectoribus extitit continue, ac pacifice gubernatum,  
ut prescriptio legitima (hoc est 40. annorum, ut ibi ex-  
ponit gloss. Archid. & alii) sit completa, per quem text.  
tum ibi, cum in c. si de consuet. not. Doct. communiter,  
ex unico actu successivo † consuetudinem induci, quos 166  
etiam refert, & sequitur Curt. d. sect. 4. num. 43. & 83.  
Quomodo etiam solvuntur contraria, quæ procedunt  
aut in actu momentaneo, aut ubi postea non accesse-  
rit spatium 40. anno: ū, cum pacifica possessione, pro-  
ut in casu nostro. Ceterum quoniam, ubi beneficium  
aliquid, veletiam pleraque, aut omnia taxata non  
sunt, taxatio † de novo facienda est, ut concludunt Do- 167  
ctores communiter d. clem. fin. quos etiam sequitur  
Bellen. d. tract de charit. subsid. q. 80. in princip. Ea fiet † 168  
hoc modo, Ille enim ad quem spectat fructum bene-  
ficii perceptio, ac decimæ solutio, jurabit, quantum  
valere possint fructus illius anni, & stabitur ejus jura-  
mento, nisi probari possit major valor reddituum, &  
postea fiet taxatio; & hoc casu juramentum præcedet  
taxationem, cum alioqui taxatio † præcedat juramen- 169  
tū, c. super eo, de his, qua vi, metus ve ca. si. Ita Guiliel. de  
monte Laud. quem ibi sequitur 1 mol. num. 9. Card. q. 1.  
Galii, sive quia hic juret ut testis, d. autem c. super eo,  
ut principalis, prout voluit Card. loc. cit. quem tamen re-  
felliit Bellenz d. q. 80. numero 5. sive quia communis est  
Doct. sententia, quod quando non est præstandum ju-  
ramentum affectionis, sed veritatis, prout hic super ve-  
ritatem

ritate quantitatis fructuum annuorum, semperjumentum debet præcedere taxationem, quia alias detegretur verecundia, & turpitudo jurantis, cuius iuramento lex voluit statu, prout voluit gloss. in c. i. verbo docuerit, de elect. in 6. Bart. Auth. hodie per illū textum, C. de jud. cum aliis plerisque, quos referit, licet differt videatur Bellenz. d. num. 5. nisi velimus cum eodem Bellenz. nu. 6. requirere, seu admittere duplē taxationem, ita ut una præcedat, altera sequatur iumentum, per ea, quæ late deducit Bellam. decif. 721. quæ incipit, ad estimationem injuria, contraria tamen iurata ratione, ut sicut ibi vult, a judice taxandam prius esse summam, citra quam juret offensus de damno; ita hic collector taxet summam verisimilem reddituum, deinde deferat beneficiario, ab eoq; recipiat iuramentum, quæ summa seu quantitas reddituum ultra illam percipiatur ex beneficio; postmodum eam quantitatem ad certam pecuniæ summam redigat, eamq; taret pro solvēda decima. Ad prædictam autem taxationem, 170 † vocandi sunt omnes, quos taxatio tangit, ut optime adnotavit Bellenz. d. tract. q. 81. ubi etiam post Laud. Imol. & Card. d. clem fin q. 10. infert, quod si duo sunt Prælati in aliqua ecclesia parochiali, ut Rector, & vicarius, qui ex antiqua ordinatione ecclesiæ colligit fructus, de quibus annuatim solvuntur Rectori centum, residuum remanet vicario, ipse vero Rector debet solvere decimam pro rata ecclesia, fieri debet taxatio, cum eo, qui colligit fructus vocato eo, qui 171 solvere debet decimam. Poterit autem collector hujusmodi beneficia taxare, quæ non reperit taxata, absq; speciali mandato, ut late, & optime comprobatur Bellenz. d. tract. q. 85. per totum. Atque hæc de hac conclusione.

QUINTA CONCLUSIO. Potestis, qui solvere debet decimam Papalem, objicere † exceptionem compensationis de eo, quod sibi debetur a Camera Apostolica; ita Bellenz. d. tract. q. 53. per tex. in l. idem iuruit, 173 & l. fin. ff. de compens. ubi etiam Fisco † objicitur compensa-

peſaſ  
non d  
1. ubi  
jusmo  
juxta  
l. fin. 1  
niſi ta  
proba  
de com  
mero  
S E  
est †  
nitur i  
in hæ  
vens d  
tur, eti  
fuerin  
charit  
differi  
tradit  
ctor n  
ditis b  
tores c  
torib  
perior  
& qua  
de pral  
S E  
quæ fi  
ſunt in  
verſio  
ſolven  
ria, qu  
colende  
inde fr  
fin. in  
5. & ce  
Bellen

pensatio, dum tamen debitum sit ex eadem statione, non diversa, ad vitandam confusionem officiorum, l. 1. ubi Bald. &ceteri, C. de compens. debet autem de hujusmodi debito Cameræ fieri fides infra duos menses, *juxta l. aufertur, §. quia compensationem ff. de jur. fisc. & l. fin. juncta gloss. in ver. indaginem, C. de compensation.* nisi tamen judex breviorem terminum statueret ad probandum, quod facere posset, ut post Bald. in ea C. de compensat. in his terminis tradit Bellenz. d. q. 53. numero 1.

S E X T A C O N C L U S I O . Decimæ solutio facienda est † sine ulla deductione æris alieni; ita expresse defini- 174  
nitur in alleg. extrav. un. vers. ratione autem, de decim. in hæc verba; ratione autem æris alieni, quo persona sol-  
vens decimam obligata a consistit, nihil de decimam inue-  
tatur, etiam si certa res ecclesiastica propter hoc à quoquam  
fuerint obligata. Idem etiam sentit Bellen. d. tractat. de  
charit. sub fid. q. 62. quam totam ad verbum refert non  
dissentiens Remig. de Gonn. in simil. tractat. q. 53. dum  
tradit, quod si Episcopus nomine proprio, vel collec-  
tor nomine Papæ exigat subsidiū charitativum à sub-  
ditis beneficiatis, & eodē tempore concurrent credi-  
tores clerici, petens subsidium debebit præferri credi-  
toribus, quoniam ante omnia solvi debet † census su- 175  
periori, secundum Io. An. Butr. & alios in c. eam te, de &c.  
& qual. ord. & Archid. in c. cum singula, circa medium,  
de prab. & in 6. & per alia, de quib. per Bellen. loc. cit.

S E P T I M A C O N C L U S I O . Expensæ † necessariæ, 176  
quæ sunt gratia colligendorum fructuum, deducendæ  
sunt in solutione decimarum: ita habetur in d. extrav.  
versicul. in solvendo decimam, cuius sunt hæc verba, in  
solvendo decimam supradictam sola expensa necessa-  
ria, quæ sunt in re, ex qua fructus percipiuntur arando,  
colendo, & colligendo fructus, sine quibus non possunt  
indefinitus percipi deducentur; idem not. gloss. d. clem.  
fin. in verbo taxationem, & ibi Imol. num. 9. Card. quest.  
s. & ceteri, Butr. post Doct. in c. cum homines, de decim.  
Bellenz. d. tract. q. 69. Gig. in tract. de pens. q. 62 num. 14.

Tiraq. de retract. lignag. §. 15. gloss. 1. nu. 15. Rebus consil.  
 177 125. num. 8. Expensæ autem, quæ fiunt † in castrorum  
 custodibus, etiam si majores sint solito, cum fiunt et.  
 tra rem, vel etiam in ædificiis construendis vel conser.  
 178 vandis, nullatenus deducentur; sicut † nec illæ, quæ  
 in villis tuendis fierent in guerris, seu etiam cavale.  
 tis, ut verbis utar Bonifacii, qui id omne statuit, ac de.  
 claravit in d. extrav. unic. vers. expensa autem, circa me.  
 179 dium, & vers. nec etiam illæ, ad finem. Illæ quoque expensæ, quæ fiunt pro fossatis (ut loquitur, & dece.  
 nit Pontifex d. extrav. versic. Illæ quoq; expensa) & alias  
 pro terris ædificandis, ut ubiores fructus producant;  
 & illæ, quæ fiunt in conservandis, & reparandis ædifi.  
 ciis molendinorum, domorum, seu apothecarum, &  
 similiū, ex quibus fructus, & pensiones recipiuntur;  
 & nisi reparantur, fructus ex eis percipi non valerent;  
 de decima minime deducentur; hucusque Bonifacius.  
 Qui quidem in ea extrav. nonnulla alia decernit, ac  
 180 statuit † circa expensas deducendas, aut non deduc.  
 das, quæ nos superius, hoc ipso cap. quæst. 2. conclusi.  
 & sequentib. suis locis apposuimus, dum ea recensere.  
 mus, ex quibus solvuntur decimæ istæ Papales. Atque  
 hæc de hac quæstione sufficiant.

QUÆRO QUINTO, ET POSTREMO. Demo.  
do procedendi circa harum decimarum exactionem.

PRIMA CONCLUSIO sit de qualitate collecto.  
 181 ris. Collector Papæ † judex est delegatus, & habet iu.  
 risdictionem; ita tenuit Rot. Rom. decis. 12. de præb. alias  
 207. incipit, licet juxta ordinationē, in nov. & postea, licet perperam allegatam, Bellen. d. tract. de char. subj. q.  
 94. quamvis eadem Rot. decis. 9. de off. deleg. in nov. ali.  
 ter sensisse videatur, dum eum appellat negotiorum ge.  
 storem. Probatur autem nostra conclusio; Primo, quia  
 182 etiam procurator Fisci utitur † jurisdictione, & officio  
 judicandi, l. 1. & 2. & l. cum vendente, C. ubi ca. fisci, &  
 183 si ea quæstio, C. de his, qui ut indig. Secundo, quia vide.  
 mus collectorem ex stylo curiæ (qui quidem † atten.  
 dendum est, c. quod translationem, de off. deleg. cum s.  
 mil.)

mil. ) deputari † cū facultate exercendi censuras, quod 184  
*infra latius prosequemur*; hujusmodi autem facultas  
 aperte supponit † jurisdictionem ordinariam, aut de- 185  
 legatā, ut patet ex tex. in c. i. c. præterea, & c. ex literis, de  
 off. deleg. c. cum ab ecclesiasticis Pralatus, de off. ordin. c.  
 cum in ecclesia, de major. & obed. estque communis tam  
 Theologorū in 4. sententia, distinct. 18. ubi D. Thom. q. 2.  
 art. 2. quam Canonistarū in d. juribus, ex quibus pluri-  
 mos refert, & sequitur Covar. in relect. c. alma mater, i.  
 par §. 11. num. 1. & seqq. de sent. excom. in 6. Est autem  
 collector † judex delegatus, non autem ordinarius, cū 186  
 neq; jurisdictione eorum concurrat in omnib; cum ordi-  
 nariis, sicut † jurisdictione legatorum, juxta tex. & quod 187  
 ibi tradunt Doct. in c. 2. de off. deleg. libr. 6. & Specul. tit.  
 de legat. §. nunc videndum, vers. legatus, licet impro-  
 prie collectores vocentur † auctori Sedis Apostolicæ, & 188  
 gaudeant certis privilegiis, & honoribus, ut voluit Rot.  
 d. decis. 12. de præbend. in no. neque deputati sint, aut de-  
 legati † ad universitatem causarum, sed potius ad u- 189  
 num negotium decimarum, per ea, quæ not. Bart. in l. 1.  
 in fin. ff. quis & à quo appell. gloss. in clem. & si principa-  
 lis vers. foraneo, de rescript. Imol. & Doct. in c. quoniam  
 Abb. de off. deleg. sed si aliquam universitatem habet,  
 ea est perionarum, non causarum; quo casu † censetur 190  
 quis factus judex delegatus, non ordinarius, ut patet ex  
 text. in c. ut officium, de heret. in 6. cum alius, de quibus  
 late per Menoch. de præsumt. libr. 2. præsumt. 16. num. 31.  
 Accedit & illud, quod sicut delegatus potest † com- 191  
 pelli ad recipiendā delegationem, c. pastoralis, & c. ja-  
 ne, de off. deleg. ita etiam collectoriæ, & subcollecto-  
 riæ officium conferri potest † in invitum, ut singula- 192  
 riter decidit Rot. Rom. d. decis. 12. num. 1. de præben. in no-  
 quam etiam sequutus est Cassad. decis. unic. num. 4. sub  
 iit. de verb. sign. Opinio autem illa, quæ vult collecto-  
 rem solum esse † negotiorum gestorem, forte proce- 193  
 deret, quando collectores deputarentur sine facultate  
 coērcendi per censuras, prout hodie nullus deputatur;  
 eademque ratione, quando subcollector deputaretur,

ut merus, ac nudus exactor, quod & Bellenz. d. q. 94. n.  
fin. adnotavit. Ceterum ex eo, quod supra admou-  
mus, & inferius latius ostendemus, collectorem habe-  
re facultatem exercendi censuras contra non solven-  
tes; illud plane sequitur, laicum non posse + esse collec-  
torem, quod in terminis tradidit, & latius probat Bel-  
lenz. d. tract. q. 105. laicus enim regulariter non est ca-  
195 pax + jurisdictionis ecclesiastice, neque potest censu-  
ras exercere, ut optime & fuse probat Covar. de reject. c.  
alma mater, 1. par. §. 11. n. 3. Abb. c. 2. nu. 5. de jud. Hinc  
196 est quod communiter dicitur, laicum non posse + esse  
vicarium Episcopi, quod tradit Abb. d. c. 2. nu. 9. & 11.  
ubi Fel. nu. 6. Dec. num. 15. idem Abb. in c. cum causam,  
nu. 9. de elect. Franc. Marc. decis. Delph. 1001. in 1. par. &  
alii, quos referunt, & sequuntur Bertach. tract. de Episc.  
tit. de vic. Episc. num. 14. Rebuf. in praxi benef. tit. de vic.  
Episc. nu. 11. Camil. Borel. in tractat. de compromiss. §. 1.  
gl. 1. num. 85. noviss. Iacob. Sbroz. in tractat. de vic. E-  
pisc. q. 31. num. 2. & seqq. lib. 1. quamvis forte posse lai-  
197 cus + ex speciali permisso Papæ esse vicarius Episco-  
pi, ut late tradit Sbroz. d. q. 31. nu. 13. & duobus seqq. &  
censuras exercere, ut voluit gloss. in §. verum, 32. distin.  
& c. bene quidem 96. dist. Abb. d. c. 2. num. 5. de jud. &  
c. causam qua numero 3. de prescript. quem sequitur ibi  
Fel. nu. 6. ubi quamplures alios ad id refert. Unde posse  
etiam laicum ex certa scientia per summum Pontifi-  
198 cem deputari + collectorem cum jurisdictione, & co-  
ercione voluit Bellen. d. q. 105. num. 3. de quo ego in  
præsentia d. sputare non intendo; sat vero nunc no-  
bis sit, laicum regulariter non posse censuras exercere,  
atque adeo neq; collectorem aut subcollectorem esse  
cum coercitione, sed solum meum, ac nudum exacto-  
199 rem decimarum, quod bene potest + laico demanda-  
ri, ut etiam adnotavit Bellen. d. q. 105. nu. 2. & collig-  
itur ex Butr. d. c. 2. Archid. in c. nova, 16. q. 7. & Rom.  
conf. 268. Illud demum circa qualitatem collecto-  
200 adnotare lubet, eum debere + transcendisse ætatis an-  
num 18, nisi Papa ex certa scientia deputaret existen-  
rem

tem  
reptit  
proba  
de off.  
deleg  
debet  
statut  
tatus  
vel of  
non si  
vel Pi  
rescri  
quanc  
collect  
Beller  
collect  
ad nu  
nume  
nullo.  
S E  
ne spe  
Beller  
itē sic  
leg. &  
sinon  
poter  
procu  
nis, &  
plure  
& sec  
vis +  
tur re  
ro pri  
colle  
pore  
l. à ju  
off. de  
& ali

tem in inferiori ætate, alias deputatio censeretur sub-  
reptitia; ita in specie Bellenz. d. tract. q. 108. in princ. id  
probans per tex. à cōtrario sensu in cap. cum vigesimū,  
de off. deleg. ubi id clarius notarunt Abb. & Imol. in † 201  
delegato, qualis est collector, ut supra diximus. Imo  
debet esse ea persona † qualificata juxta tenorem, c. 202  
statutum §. 1. de rescript. in 6. ut nimis sit vel consti-  
tutus in dignitate, vel canonicus ecclesiæ cathedralis,  
vel officialis Episcopi; Religiosus quoque debet esse  
non simplex professus, sed qualificatus, puta Abbas,  
vel Prior conventionalis, juxta clem. & si principalis, de  
rescript. quod idem esset in † subcollectoribus eorum, 203  
quando eis tradita esset tota potestas competens ipsis  
collectoribus, per tex. d. c. statutum, §. in nullo, ita tradit  
Bellenz. d. q. 108. num. 2. & 3. secus vero esset † ubi tam 204  
collector, quam subcollector deputatus solum fuisset  
ad nudum ministerium exactio[n]is, ut not. Bellenz. d.  
numer. 2. per ea, qua tradunt Archid. & Gemin. d. §. in  
nullo.

SE ~~Q~~UNDA CONCLUSIO. Poteſt collector † si- 205  
ne ſpeciali commiſſione ſubcollectorē deputare; ita  
Bellenz. d. tract. q. 106. in princ. poſt Rot. decis. 256. incip.  
itē ſi collector, in no. que apud me eſt. 265. ſeu 9. de off. de-  
leg. & incipit, ſi collector, in no. Imo dicit ibi Rot. quod  
ſi non fuerit † limitata facultas unicum ſubſtituendi, 206  
poteſt plures ſubſtituere, per tex. in c. 1. cum ibi not. de  
procur. in 6. quin etiam in caſu hujusmodi limitatio-  
niſ, & restrictioniſ facultatiſ cōcludit, poſſe adhuc † 207  
plures ſucceſſive ſubcollectorē ab eo conſtitui, quod  
& ſequuntur ibi Add. & Bellenz. d. q. 106. nu. 4. quam-  
viſ † per unius ſubſtitutionem eo caſu alter conſere- 208  
tur revocatus, ut ibid. oſtendunt Rot. & Add. Ratio ve-  
ro principalis conclusioniſ ea eſt; ſive enim dicamuſ,  
collectorē eſſe delegatum Papæ, ut ſupra oſtēdimuſ,  
poteſt ſubdelegare vices ſuas, & ſubſtituere aliquem,  
l. à judeſe, C. de jud. & c. ſuper † quationum, §. 1 & 2. de 209  
off. deleg. cum ſimil. ſive etiam dicamuſ cum Rot. loc. cit.  
& aliis, eum eſſe negotiorum gestorem, & procurato-

310 rem Cameræ Apostolicæ, & tunc † etiam poterit, sive  
 dicatur generalis procurator ad negotia, l. si procurat-  
 torem, §. si quis mandaverit ff. mand. l. i. §. magistrum, ff.  
 de exercitor, l. quicunq, §. fin. ff. de institutor, & c. i. in fin.  
 de procurat. in 6. sive etiam dicamus, illum procurato-  
 rem esse specialem ad limitatum effectum levandi di-  
 cimas beneficiorum, non ideo minus poterit substi-  
 tuere, per ea, quæ tradit Bart. in l. fin. in fin ff. de diversis  
 tempor. prescript. & Bald. in l. quod quis, C. de procurat.  
 per tex. in c. is cui in 1. respon. de off. deleg. in 6. sed melius  
 est in c. fin. 2. respon. de procurat. eod. lib. Praedictam au-  
 tem conclusionem declarare non procedere, ubi in de-  
 311 putatione collectoris Papa † apponenter aliqua verba  
 ex quibus colligeretur, electam fuisse industriam per-  
